This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

32101 064252222


RECAP

A40

Digitized by Google

2571
1732

[redacted]



[redacted]

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANACREONTIS TEII

ODÆ

ET

FRAGMENTA,

GRÆCE ET LATINE,

CUM NOTIS

JOANNIS CORNELII DE PAUW.

TRAJECTI AD RHENUM,

Apud GUILIELMUM KROÓN, Bibliop.

M. D. CC. XXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNI CLERICO
VIRO CL.
S. P. D.
JOANNES CORNELIUS DE PAUW.

Tardius, quam cogitaveram, Anacreontica hæc ad te accedunt; ſed ea minus grata & accepta ideo tibi fore, neutiquam ego puto: Probe enim ſcio, quo erga me meaque ſis animo, ejuſque propenſionem cum ſtatim a primo illo momento, quo tibi innotui, cognoverim, tot documentis poſtea mihi confirmatam ſubinde ſtabilitamque comperi, ut ſi de ea eximia plane ac ſumma nunc vel leviter dubitarem, maximam certe & atrociſſimam tibi injuriam facerem. Neque id mirum:

4116
638046
2571 1732 (RCPPG)
Digitized by Google

Amicitiam enim contraximus ſynceram & puram, in qua ambo nihil aliud ſpectavimus, quam amicitiam ipſam, & ejus uſum ſejunctum ab omnibus illis utilitatum illecebris, quibus plerique ita ſe dedunt, ut ſi eorum mores ſequamur, amicitia nihil ſit præter nudum & vanum nomen, quod cupiditatibus quiſque ſuis prætendat. Scis, quam frequens ſit inter Literatos blandum illud adulandi ſtudium, quo non ſemel atque iterum, ſed ſingulis fere pagellis, prolixis Encomiis verbiſque ſplendidis laudant eos, cum quibus amicitiam colunt, & paulo arctius conjuncti ſunt: Ab eo nos abſtinuimus etiam ſedulo, & nihil tale in illis, quæ vel tu edidiſti, vel ego edidi: Recta ratio ſcilicet nos docuit amicitiam veram non cohoneſtari, ſed detur-

Digitized by Google

turpari iſtiuſmodi inaniis; quæ Hominibus Cordatis ſtomachum præterea cient, & faciunt, ut boni, qui ita laudando, ſeſe humaniores probare cupiunt, eo ipſo pro ſervis pecoribus ab illis habeantur non immerito: Vir ingenuus, ut parce laudari amat, ita parce etiam laudat, & eo ingenio niſi ſint Literati, indigni revera ſunt, qui Literas tractent, quarum præcipua dos eſt, homines ingenuos facere. Ego certe eas ita excolui ſemper, ut præter animi correctionem, fructum ſatis inſignem ex illis percepiſſe videar, ſi temporis calculum mihi computanti ſubminiſtrent exactum, idque non ſegniter & ignave, ſed diligenter & ſedulo a me tranſactum eſſe videam; & laudationes adeo tralatitias, neque ab amicis mihi quæro, neque ab aliis, quos inter plerumque multi, a qui-

 bus

Digitized by Google

bus vituperari, quam laudari, tutius ac melius. Utinam diu adhuc amicitia tua, Vir Eximie, frui liceret mihi! Nihil equidem vel prius vel antiquius mihi foret: Sed ætas & vires, quibus ab ipſa pueritia ita uſus es in Reipublicæ Literariæ bonum, ut inter eos, qui hodie vivunt, pauciſſimi reperiantur, qui ea in re tecum conferri poſſint, ne unus autem, qui te ſuperet, hic minus læta portendunt mihi. Quid reſtat igitur? Nihil ſane, niſi hoc unum; ut dum fata ſinunt, vivamus amici, & quemadmodum ego ad extremum vitæ ſpiritum memor ero Clerici mei, ita tu viciſſim memor ſis Pauwii tui. Vale Vir Amiciſſime & probe te cura. Scribebam Trajecti ad Rhenum

Kal. Aug.
MDCCXXXI.

LEC-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

SI quæras, quæ mea ſit de Auctore horum Anacreonticorum ſententia, ea non ab uno, ſed a pluribus conſcripta eſſe aio: Tanta enim eſt in illis diverſitas, ſive verba, ſive ſententiam ſpectes, ut ab uno conſcribi non potuerint. Atque hinc non una etiam eorum conditio: Multa enim in illis bona, multa mala: Diximus in Notis, & ea hic repetere non lubet. Quæ mala ſunt, Anacreonti Poëtæ elegantiſſimo tribuerit nemo: Sed quid videtur de bonis? Ea nonne Anacreonti tribuenda ſunt? Dubito & dubito ſummopere: Nam ubi argumentum, ſi non unicum, ſaltem præcipuum, quod Odaria illa Anacreonti vindicare poſſet, nititur auctoritate Librorum MSS, quos Stephanus trivit, & in ipſis illis Libris tot prava Anacreonti adſcribuntur falſo, eorum fides etiam ſatis exigua eſt profecto in illis, quæ bona ſunt: Ut enim prava falſo adſcribi potuerunt Vati Teio, ita & bona. Quid autem? Nonne præter Anacreontem extitiſſe potuerunt plures, qui faventibus Muſis & earum Præſide nati, Odaria Anacreontica pepigerint belle? De eo hercule non dubitan-

dum

dum vel tantillum: Quare ex eo, quod Odaria ſint bona, concludi non poteſt certo, ea ab ipſo Anacreonte profecta eſſe: Potuerunt enim proficiſci ab aliis, qui Anacreonti vel pares erant vel ſecundi, neque unus ille, qui unquam Cantica illa affabre compoſuerit: Hoc indubitatum eſt, & ratione nititur certa. Addamus aliud: Suidas diſerte teſtatur, omnia, quæ Anacreon ſcripſerit, ſcripta eſſe Ἰωνικῶς: Jam autem rogo peritos, quotquot ſunt, an in his Odariis reperiant, quæ Idiotiſmum illum exprimant. Et hoc certe dicturus erit eorum nemo: Vix enim Dialectus Jonicæ veſtigia, eaque obſcura, in illis extant. Sume Herodotum, in quo purioris Joniſmi trientem hodie non ſupereſſe, conqueruntur non injuria Viri Eruditi, & pagellas ejus aliquot lege; dein Odaria illa meliora confer; deprehendes ſtatim Idiotiſmum in illis plane diſſimilem, & nihil, quod ad ipſum illum purioris Joniſmi trientem vel leviter accedat: Scilicet neque flexiones, neque Gloſſæ Jonicæ in illis fere ſunt ullæ: Cum tamen duo iſta, ut Eruditiores ſciunt, requirantur, ut Idiotiſmus conſtitui, & aliquid Ἰωνικῶς ſcriptum eſſe dici poſſit. Atque hinc eſt, quod ego ambigam

gam maximopere, an inter hæc Anacreontica vel unum ſit hodie, quod pro genuino Anacreontis fætu haberi queat. Inquies: Gellius ex Anacreonte citat Odarium, quod in hac Sylloge reperitur. Fateor: Sed eo nequicquam ego moveor: Vide modo, quæ ad Odarium illud ſcripſi, & argumento adeo infirmo uti erubeſces ipſe: Quid? Ubi tanta eſt non verborum, ſed Verſuum diſcrepantia, & Grammatici in Odario ampliando & mutilando tantum ſibi indulſerunt, poteſtne aliquid ex eo inferri, quod ſtringat? Abſit, abſit: Nam quod ampliarunt illi, fingere primo potuerunt alii, unumque falſum nos ducit ſtatim ad ſuſpicionem alterius falſi: Quare nihil in eo, quod probationis loco haberi poſſit. Regeres: Gellius tamen id invenit inter Anacreontis Carmina. Quid tum? Idne Anacreontem indubitate auctorem probat? Nequaquam, ita ſim felix! Nam ut dicam, quod ſentio, ambigendum non eſt, quin jam ætate Gellii Anacreonticorum Sylloge extiterit, in qua multa reperiebantur, quæ ab aliis compoſita, Anacreonti Teio adſcribebantur falſo: Ipſum autem illud falſum partim ab imperitis, qui Anacreontica perperam habebant

pro Verſibus ipſius Anacreontis, partim ab improbis, qui ex ſuppoſitis lucrum ſibi captabant propter celebritatem Poëtæ: Ut vere Eruditi ſciunt, ſic multa in Literis ſuppoſita ſunt, & plura forte, quam nunc vel ſcire poſſumus, vel dicere audemus. Ad improborum technas principaliter etiam refero ipſum illud Odarium, quod Anacreonti tribuit Gellius: Id enim in iſta ἐκδόσει, qua uſus eſt Noctium Scriptor, inter alia Bathylli nomine fuit auctum, ut ſic evidentius Anacreontem proderet, & ab eo profectum videretur indubie: Nihil apertum magis, ſi attendas. Et ex eo etiam genere meo judicio ea, quæ in hac Sylloge Noſtra ex Anacreontis perſona conſcripta ſunt, cum tamen ipſius Anacreontis minime videantur. Atque hæc mea eſt de his ſententia, quam ſi ſequi velis, bene eſt; ſin minus, ſentias ipſe, prout lubet: Judicium liberum, quod de his ſimilibuſque mihi requiro, ſi tibi denegarem, riſum mehercule deberem & cachinnos ſolutos. De Verſibus, quibus hæc Odaria conſcripta ſunt, nunc operæ pretium eſt, ut ordine paucis agamus: Inter illos præcipui ſunt Anacreontici Catalectici: Qui cum ſint Jambi dimi-

Digitized by Google

dimidii, non eſt dubitandum, quin eadem indole ſint, qua Jambi integri, & eoſdem proinde pedes eaſdemque ſyllabas recipere poſſint, quas vulgo recipiunt illi, quorum partem dimidiam conſtituunt. Scimus, quæ ſit differentia inter Jambos puros; Tragicos, Comicos & Satyricos, Virique Eruditi ea de re egerunt ſatis luculente: Eadem Jamborum differentia in his Hemijambis obſervanda eſt. Videamus quædam, quæ difficiliora ſunt, & ut olim Lectoribus horum Odariorum negotium faceſſiverunt, ita nunc negotium tibi faceſſere poſſent: Verſus Anacreonticus a Dactylo incipit: Od. XXVII. V. I.

Τȣ̃ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος.

Od. XXXVII. V. II.

Καρπὸς ἐλαίας προκύπτει.

Od. LII. V. I.

Τὸν μελανοχρῶτα βότρυν.

Tribrachyn geminum recipit locus primus & ſecundus: Od. VI. V. 3.

Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες.

Anapæſtus in loco primo & Tribrachys in loco ſecundo ſubſiſtere poſſunt: Od. XXXVII. V. 6.

Ιδε πῶς γέρανος ὁδεύει.

In eodem loco primo & ſecundo adhibentur Anapæſti duo: Od. V. V. 13.

Παρὰ σοῖς Διόνυσε σακοῖς.

Od. XXXVII. V. I.

Ιδε πῶς ἔαρος φανέντος.

Similiter locus primus & ſecundus Spondeum admittunt cum Anapæſto: Od. XXIV. V. 8.

Παίξω, γελάσω, χορεύσω.

In loco tertio Spondeus ſtare poteſt jure ſuo: Od. XV. V. 15.

Λέγῃ, σε μὴ δεῖ πίνειν.

Od. XVIII. V. 6.

Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν.

Od. XXV. V. 9.

Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς.

Od. LVI. V. 5.

Οὔ μιν διώκω, τίς γαρ.

V. 8. Τῷ δραπέτᾳ τῷ χρυσῷ.

Et V. 18. Λύρης γένωμαι λαρȣ̃.

Paullus Silentiarius in Hemijambis de Thermis nobiliſſimis:

V. I.

V. 1. Βούλει μαθεῖν ἄνθρωπε.

V. 14. Ἀλλ' ȣ̓ δέδεγμαι τȣ̃το.

V. 20. Πολλῇ τε σὺν κινήσει.

V. 22. Καὶ Λυδία πλȣτȣ̃σα.

V. 24. Εν δ' αὖγε Πιθηκȣ́σαις.

V. 27. Θερμῶν ἄτεχνον ῥεῦμα.

V. 35. Οὐ τὴν τυχȣ̃σαν πάσχειν.

V. 40. Τῷ δευτέρῳ σύμφημι.

& aliis plurimis, quos adſcribere nolo: Sunt ſcilicet ibi Verſus Anacreontici centum octoginta octo, quorum dimidium fere Spondeum habet in tertio loco: Studio autem ſumſi eos, qui ſimul in loco primo exhibent Spondeum, ut de uno ſic minus dubitari poſſet, & ex duobus in eodem Verſu adhibitis conſtaret, quo uſque tempora Verſus Anacreontici extendere liceat. Atque hinc eſt, quod duo Anapæſti in loco etiam primo & tertio commorari poſſint: Exemplum habemus Ode LIV. V. 10.

Φερέτω ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης.

quod vitio ſane caret, ſi id quod fieri poteſt, ſpectemus: Nihil certius aut indubitatius. Hæc

Digitized by Google

autem omnia pendent a Jamborum Trimetrorum modulis, qui pedes ita poſitos promiſcue admittunt, eoſque ſuorum dimidiis proinde non denegant. Illud addendum eſt; In Odariis Hemijambicis quædam a pedibus Diſyllabis, quædam a pedibus Triſyllabis incipiunt: Hoc diſcrimen non ſervandum eſt ita rigide & exacte, ut ſi forte inter Triſyllabos Diſyllabus, aut inter Diſyllabos Triſyllabus reperiatur, propterea ad Criſin convolandum ſit. Ut monuimus ad Oden XXIX, putide errarunt, qui ideo pro μηρῶν V. 35. legerunt μαλερὸν, præſertim ubi pes Diſyllabus poſtea recurrit. Eadem permutationis exempla etiam Ode VI: Nam Verſus antepenultimus & ultimus pedem Diſyllabum habent in principio, cum alii ibi habeant Triſyllabum. Ode XXII. V. 6. unus pes Diſyllabus inter alios Triſyllabos principium occupat. Et Ode XLII. Verſus 12. ſimiliter Triſyllaborum agmen interrumpit. Quare nemo ſanus ea de cauſa movebit lectionem antiquam. Ode XIII. Μετὰ τῆς ἐμῆς ἑταίρης ſcripſimus pro Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταιρῆς, quod vitii erat manifeſti; Id autem enatum forte ex eorum præpoſtera diligentia, qui in Odario, quod a pedibus Diſyllabis

bis incipit, metuebant unum pedem Triſyllabum: Sic ſolent naſuti, & ut tales reperiuntur hodie, ita reperiebantur etiam olim. Et hæc de Anacreonticis Catalecticis. Pergamus: Inter Anacreonticos Catalecticos inveniuntur Anacreontici Acatalecti: Od. XVIII. V. 10.

Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον.

Et V. 18. Σύναπτε κὐρους εὐπρεπεῖς.

Od. XXV. V. 3.

Τί μοι πόνων, τί μοι γόων;

Et V. 5. Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.

Od. LVI. V. 16.

Φέρων μέθαν μοι Φροντίδων.

V. 59. Σὺ γὰρ δόλῳ, σύ τοι φθόνῳ.

V. 60. Ερωτ' ἔθηκας ἀνδράσι.

Et V. 69. Εμοὶ δὲ τῷ λυροκτύπῃ.

Atque hi ejuſdem ſunt generis: Sequuntur nunc alii generis diverſi: Quos inter locum primum tribuo Jonicis a minore: Od. V. V. 14.

Μετὰ κούρης βαθυκόλπου.

Et V. 15. Ροδίνοισι στεφανίσκοις.

Od.

Digitized by Google

Od. VI. V. I.

Στεφάνȣς μὲν κροτάφοισι.

V. 5. Καλακίσσοισι βρέμοντας.

V. 8. Αβροχαίτας δ' ἅμα κȣ̃ρος.

Et V. 9. Στομάτων ἁδὺ πνέοντων.

Od. XXII. V. 5.

Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει.

Od. XXVIII. V. 3.

Ροδίης κοίρανε τέχνης.

Od. XXIX. V. 43.

Τὸν Απόλλωνα δὲ τȣ̃τον.

Od. XXXVI. V. 8.

Μετὰ χρυσῆς Αφροδίτης.

V. 12. Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις.

Et V. 13. Ο θανὼν ȣ̓κ ἐπιθυμεῖ.

Od. XXXVII. V. 3.

Ιδε πῶς κῦμα θαλάσσης.

V. 5. Ιδε πῶς νῆσσα κολυμβᾷ.

Et V. 13. Κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα.

Od. XXXIX. V. 2.

Τότε μευ ἦτορ ἰανθὲν.

V. 13.

Digitized by Google

V. 13. Στεφάνȣς ἄνθεσι πλέξας.
V. 17. Μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας.
V. 19. Κατέχων Κύπριν ἀείδω.
V. 21. Ὑποκύρτοισι κυπέλλοις.
Et V. 24. Τὸ θανεῖν γὰρ μετὰ πάντων.

Od. XLI. V. 10.

Δι' ὃν εὐνάζετ' ἀνία.

Od. XLII. V. 1.

Ποθέω μὲν Διονύσȣ.
V. 5. Στεφανίσκȣς δ' ὑακίνθων.
V. 9. Φθόνον ȣ̓κ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ.
V. 10. Φθόνον ȣ̓κ οἶδα δαΐκτην.
V. 14. Πολυκώμȣς κατὰ δαῖτας.
Et V. 15. Νεοθηλέσσ' ἅμα κȣ́ραις.

Od. LI. V. 24.

Ἐπὶ δελφῖσι χορευταῖς.

Od. LII. V. 4.

Κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες.

Od. LIII. V. 40.

Ἐπιτέγξας ἀνέτειλεν.

Digitized by Google

Od. LIV. V. 5.

Περίμεινόν με Κυβήβα.

Et V. 14. Χαρίεντως δὲ μανῆναι.

Od. LVIII. V. 5.

Γλυκερῦ δ' ὐκέτι πολλός.

Et V. 11. Κάθοδος· κ̀ γὰρ ἕτοιμον.

Od. LIX. V. 5. poſteriori,

Υποπίνοντες ἐν ὕμνοις.

Et hi omnes Jonici ſunt puri: Quibus nunc addendi alii Jonici mixti: Jonicum cum Ditrochæo habemus Od. 3. V. 9, ſi cum Libro Vaticano ſcribas, ut potes,

Καλὰ μεῦ σχίζεις ὀνείρυς.

Od. XXXVII. V. 14.

Καθελὼν ἤνθησε καρπός.

Od. XXXIX. V. 5.

Αποῤῥίπτονται μέριμναι.

Et V. 15. Βιότυ μέλπω γαλήνην.

Od. LII. V. 11.

Ον ὅταν πίνῃ γεραιός.

Et Od. LIII. V. 3, ſi legas,

Συνεταίρει αὖξε μολπήν.

Joni-

Jonicum cum Choriambo Od. III. V. 19.

Παρὰ δ' ἰϛίην καθίσας.

Et V. 5. Od. XXXIX, & V. 11. Od. LII, quos inter Jonicos cum Ditrochæo recenſuimus ſtatim: Nam *μέριμναι* & *γεραιὸς* mediam corripere poſſunt ambo, ut nemo neſcit. Jonicum cum Epitrito primo, vel Antiſpaſto propter ſyllabæ poſtremæ naturam ambiguam, Od. XXXIX. V. 23.

Θιάσῳ τέρπομαι κύρων.

Et Od. XLI. V. 9.

Δι' ὅν ἀμπαύεται λύπα.

Jonicum denique cum Pæone quarto Od. LVII. V. 7

Απαλὴν παῖδα κατέχων.

Et hi ſunt Jonici a minore. Sequuntur Trochaici: Trochaicus Dimeter Brachycatalectus eſt, Od. XVIII. V. 11.

Βάκχον Εὔϊον ἡμῖν.

Et Od. XXXIV. V. 5.

Τάμὰ φίλτρα διώξῃς.

Dimeter autem Acatalectus, Od. XXVII. V. 10.

Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

Digitized by Google

Od. XLI. V. 16.

Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.

Od. LIII. V. 16.

Κοσσάβῳ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν.

Nam ita ſine dubio legendum pro Ωσσοφῷ. Et Od. LXI. V. 2.

Μέλπομαι βρύοντα μίτραις.

Ditrochæus cum Choriambo extat, Od. LIII. V. 2.

Μέλπομαι ῥόδον θερινόν.

Et Od. V. V. 12.

Στέψον ἐν με καὶ λυρίσω.

Sed ubi λυρίζων ſcribendum propter ſententiam & Syntaxin; quo modo Verſus Trochaicus fit purus putus. Tandem Ditrochæus cum Epitrito quarto occurrit Od. XXIV. V. 4.

Ον δ' ἔχω δραμεῖν, οὐκ οἶδα.

Veniunt Antiſpaſtici: Antiſpaſtum cum Bacchio habes, Od. V. V. 2.

Μίξωμεν Διονύσῳ.

Od. XVIII. V. 19.

Αν μὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.

Od.

Digitized by Google

Od. XIX. V. 2, ſi cum Libro Vaticano ſcribas,

Πίνει δένδρεα δ' αὐτήν.

Od. XXIII. V. 16.

Τελεῖν τὰν Ἀφροδίταν.

Od. XXVII. V. 5.

Διδάσκει με χορεύειν.

Od. XXXIV. V. 6.

Ορα κἂν στεφάνοισιν.

Od. XXXVIII. V. 3.

Κἂν δεήσῃ με χορεύειν.

Et Od. LVI. V. 22.

Πόθους κέκλυθι ἀδεῖς.

Antiſpaſtum cum Jonico a minore Od. XXIV. V. 1.

Επειδὴ βροτὸς ἐτέχθην.

Et cum Ditrochæo Od LI. V. 26.

Ερως, Ιμερος, γελῶντες.

Videamus Choriambicos: Choriambus cum Bacchio reperitur, Od. XVIII. V 5.

Αργύριον δ' ἁπλώσας.

V. 7. Τῶν τελετῶν παραινῶ.

V. 15. Καὶ Χάριτας γελώσας.

Et V. 17. Ευβότρυον, κομῶσαν.

Od. XXIII. V. 15.

Εν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις.

Od. XXXIV. V. 1. 2. 3. 4.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα
Τὰν πολιὰν ἔθειραν·
Μηδ' ὅτι σοι πάρεστιν
Ανθος ἀκμαῖον ὥρας.

Od. XXXV. V. 8.

Εξ ἀγέλης ἐλασθεὶς.

Od. XXXVIII. V. 4.

Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν.

Et V. 10. Εγκεράσας φόρησον.

Od. XLVII. V. 3, ſi Librum Vaticanum ſequamur,

Αν δ' ὁ γέρων χορεύῃ.

Et Od. LVII. V. 8.

Κύπριν ὅλην πνέουσαν.

Choriambi autem duo Od. LVII. V. 5.

Κλῆμα τὸ Βάκχειον ἰδεῖν.

Tranſeamus ad Pæonas: Quorum uſus in his mul-

multiplex: Pæon tertius cum Jonico a minore occurrit, Od. VIII. V. 11.

Ἐθέλοντα δὲ φιλῆσαι.

Od. XXIV. V. 2.

Βιότου τρίβον ὁδεύειν.

Od. XXXVI. V. 6.

Ἁπαλὸν πόμα Λυαίου.

Od. XXXIX. V. 22.

Τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας.

Od. XLI. V. 5.

Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι.

V. 8. Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη.

V. 11. Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν.

Et V. 15. Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν.

Od. XLII. V. 3.

Φιλέω δ' ὅταν ἐφήβου.

Od. XLV. V. 6.

Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα.

Et V. 14. Ὑπεμειδίασε Κύπρις.

Od. L. V. 8.

Πεπεδημένον ὀπώραις.

Od.

Od. LI. V. 8.

Μακάρων φύσιος ἀρχάν.

Et V. 10. Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι.

Od. LVII. V. 4.

Ἀναπνεῖ Ζέφυρος αὔρην.

Quibus adjungi poſſunt V. 2. Odæ XXXVII.

Χάριτες ῥόδα βρύουσι.

Et V. 19. Odæ XXXIX.

Καλέχων, Κυπριν ἀείδω.

Quorum prior etiam Anacreonticus eſſe poteſt, poſterior propter primam in Κύπριν ambiguam antea inter Jonicos recenſitus fuit. Idem Pæon tertius cum Choriambo, Od. XXIV. V. 7.

Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος.

Od. XXXVI. V. 9.

Πολιαὶ στέφουσι κάραν.

Od. LI. V. 25.

Δολερὸν νόον μερόπων.

Od. LIV. V. 7.

Πολιὸν δὲ γῆρας ἑκάς.

Et Od. VIII. V. 5.

Δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν.

Digitized by Google

ſi penultimam in ἐκτανύειν producere nolis, ut vix ſane potes commode. Idem Pæon tertius cum Epitrito tertio vel Jonico a majore, Od. XXVII. V. 3.

Οταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς.

Cui ſimilis Od. LVI. V. 68, ita ſcriptus, ut verborum & ſententiæ exigit tenor,

Δολίοις, ἄπις', ἀνδάνοις.

Pæon ſecundus cum Bacchio, Od. IX. V. 11.

Πέπρακέ με Κυθήρη.

ſi vulgatam retinere velis: Et Od. LVI. V. 71.

Αχανδέας ὀρίνοις.

Pro quo nos Αγακλέας eadem menſura ſervata propter ſententiam reſcripſimus. Idem Pæon ſecundus cum Amphimacro, Od. LVI. V. 15.

Προσεῖπεν ὁ δραπέτας.

& cum Choriambo, Od. XVIII. V. 16.

Υπ' ἄμπελον εὐπέταλον.

Pæon quartus cum Bacchio, Od. XVIII. V. 4.

Ρόδα φέρουσαν ὤρην.

Et V. 13. Υμεναίοις κροτοῦσα.

Digitized by Google

Cum Amphimacro, Od. XXIV. V. 5.

Μέθετέ με φροντίδες.

Cum Jonico a minore, Od. LVII. V. 1.

Τί καλόν ἐςι βαδίζειν.

& cum Epitrito primo vel Antiſpaſto propter ultimam ancipitem, Od. XXVI. V. 1.

Οταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ.

ſi nihil ibi mutandum putes. Sequuntur Epitriti: Epitritus primus cum Ditrochæo eſt, Od. LVII. V. 2.

Οπȣ λειμῶνες κομῶσιν.

Cum Choriambo eadem Od. LVII. V. 3.

Οπȣ λεπτὴν ἡδυτάτην.

Duo Epitriti primi vel unus cum Antiſpaſto, Od. XXXIX. V. 3.

Λιγαίνειν ἄρχεται Μȣ́σας.

Idem Epitritus primus cum Bacchio, Od. XXV. V. 1.

Οταν πίνω τὸν οἶνον.

ſi retineas πίνω: Et Od. XXXVIII. V. 5.

Ο νάρθηξ δ' ȣ̓δέν ἐςιν.

Cui ſimilis vulgata etiam lectio Verſus 7.

Παρέςω κ̀ μαχέσθω.

& no-

& noſtra per conjecturam prolata Verſus 12.

Σιληνὸν δ' ἐν νέοισι.

Epitritus ſecundus cum Jonico a minore, Od. XXXIX. V. 9.

Λυσιπαίγμων τότε Βάκχος.

cui accinit plane noſtrum Λυσιπράγμων. Epitritus quartus cum Anapæſto, Od. XXVII. V. 4.

Εἰσέλθῃ μεθυδότας.

& cum Ditrochæo, Od. XXIV. V. 6.

Μηδὲν μοι καὶ ὕμιν ἔστω.

Verſum porro Dactylicum habemus unum Od. XVIII. V. 12.

Μύστις νάματος ἦ Κύπρις.

Anapæſticos duos; unum Od. XXXVII. V. 12.

Βρομίου στέφεται νᾶμα.

alterum Od. XL. V. 17.

Τί γάρ ἐστιν σοὶ κέρδος.

adjecta litera ἐφελκυστικῇ, quam millies omiſerunt Scribæ. Pedem Proceleusmaticum cum Jonico a minore offendas Od. LVII. V. 6.

Χ' ὑπὸ τὰ πέταλα δῦναι.

Digitized by Google

Moloſſum cum Ditrochæo Od. XXXVI. V. 11.

Τὴν ψυχήν μȣ κάρωσον.

Tandem in his Verſus extant duo, qui ex ſex ſyllabis conſtant ſoli, & quorum unus Od. LVI. V. 21.

Πλέον χρυσȣ͂ νευρά.

Bacchium cum Moloſſo, alter ejuſdem Odæ poſtremus,

Αἴγλαν τε λαμπρύνοις.

Antibacchium cum Moloſſo exhibet: Hi autem ſuſpecti nobis fuerunt, non modo propter ſyllabarum anguſtias, ſed etiam, & quidem præcipue, propter ſententiæ & orationis defectum: Quare pro Πλέον χρυσȣ͂ νευρά ſcripſimus

Πλέον, χρυσὲ, σȣ͂ νευρά.

quod Antiſpaſtum cum Moloſſo; pro Αἴγλαν τε λαμπρύνοις vero

Αἴγλᾳ τε με λαμπρύνοις.

quod Jonicum a minore cum Moloſſo efficit: Adi Notas noſtras. Atque hæc eſt Metri & pedum in his Anacreonticis diverſitas; quæ omnis tamen tollitur, & nulla plane remanet, ſi tempora & temporum conſideres intervalla: Ea enim æquali-

Digitized by Google

tatem inducunt exactam, & faciunt, ut quicquid in his diverſum ſit, ſive Metrum, ſive pedes ſumas, ad Hemijamborum accedat normam, neque vel longius vel brevius ſit, quam Verſus Hemijambici eſſe ſolent & eſſe poſſunt. Quare in iſta pedum diverſitate nihil revera eſt, quod mihi diſpliceat; nec propter eam ſolam ego certe mutabo quicquam, donec mihi probatum fuerit, Veteres non modo pedes iſtos diverſos non miſcuiſſe, ſed etiam Rei Muſicæ indolem obſtare, quominus eos miſcere potuerint: Utroque enim probato, ad corrigendum luxata & male habita alacris accedam, eaque non infelicius forte reſtituam, quam vel nunc reſtituta ſunt, vel poſtea fortaſſe reſtituentur. Periculum faciant Naſutuli, & videant, quid poſſint: Bellam hic occaſionem nacti ſunt oſtentandi acuminis ſui, eoque ſe præſtandi Viros optimos maximos. Et hæc de Odariis Anacreonticis & eorum menſura. *Illis* ego ſubjeci omnia Anacreontis fragmenta, quæ Stephanus, & poſt Stephanum alii Viri Eruditi conquiſiverunt ſedulo: Idque eo lubentius, quia plura ſine dubio ſunt in illis, quæ ipſum Anacreontem auctorem habent,

& a lepidiſſimo illo Corculo profecta ſunt: Ea autem poſui, ut apud Scriptores in Libris publicis hodie extant, neque ad Leges Metricas reducere tentavi, probe edoctus ipſo uſu, nihil periculoſius eſſe aut lubricum magis, quam Lyricorum reliquias Metro, cujus tanta eſt varietas, ſive pedes, ſive pedum *συζυγίας* ſpectes, alligare ejuſque vinculis conſtringere: Correxi tamen ea, quæ aperte corrupta erant, & ſententiæ præſtiti, quod Metro præſtare nec volui, nec potui. Si quæras, cur non recenſui ſeptem illa fragmenta;

I. Οχλος ἄκρον κακὸν ὄζει.

II. Μουσογενὴς, Μουσοπάτωρ Ομηρος.

III. Χέε μοι νέκταρ ἄνυδρον
Μελικόν. ——

IV. Τῇ χρυσοπέπλῳ, Μοῖσα,
Χρυσοῦν ὕμνον ᾆδε κώρᾳ.

V. ——— ——— — ἀλλ' ἰαίνει
Τἄμ' Ερως ὁ γαργαλίζων

Σπλά-

Σπλάχνα, δᾳδ᾽ ἔχων γαλήνην.

VI. Σὺν γέλωτι, σὺν δ᾽ ἔρωτι γῆρας ὄλβον ἄξον

Αντέχων. ——

VII. Εν βότρυσιν Κυθήρη.

quæ ex Scaligero de Re Poëtica recenſuit Barneſius: Dicam, id factum, cum quia ignoro, unde Scaliger ea depromſerit, tum quia vehementer ego ſuſpicor, illa ab ipſo Scaligero conficta eſſe, ut carminum, quæ Anacreontica vocat, præberet exempla: Attende ad Methodum ſcribendi, qua utitur Vir Doctus, & fallor, aut eadem ſuſpicio oborietur tibi. Illud autem perquam ridiculum eſt, quod cum fragmentum tertium adduxerit Scaliger, ut Jonici Trimetri Catalectici; quartum, ut Jambici Tetrametri Catalectici; quintum, ut Jambici Tetrametri Hypercatalecti; ſextum, ut Hypercatalecti Trochaici Tetrametri ſpecimen ederet; homo bellus ea non modo disjunxerit, ſed & quartum ita interpolaverit, ut formam plane amiſerit, eamque ita interpolatum recuperare nequeat unquam: Sed

Sed ita ſapiebat ille. Idem inter Anacreontis fragmenta refert Verſum iſtum Senarium,

Ἐξαιρε, παῖ, θώρακα, κἀμοὶ τὸν χοᾶ.

qui ipſius Ariſtophanis eſt, ad quem Scholiaſtes nihil aliud notat, quam eandem vocem θώρακα, eodem ſenſu, quo ibi occurrit, etiam in Anacreontis Carminibus occurrere: Nihil putidius hoc errore. Minus peccat, cum fragmentorum numerum ex Hephæſtione auget Verſiculo iſto,

Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.

Peccat tamen, & ſatis etiam craſſe: Nam ubi Hephæſtion exemplum præcedens Jonici Trimetri Acatalecti, & ſequens Jonici Tetrametri Acatalecti nominatim Anacreonti tribuit, facile vident omnes, qui paulo ſunt perſpicaciores, medium illud Jonici Trimetri Catalectici, ſine nomine adſcriptum, pro Verſu alterius habendum eſſe. Cum autem ex Scaligero inter fragmenta enumerat Verſiculos,

Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ
Ποτὶ τὰν ματέρ' ἔφα.

ipſe cæcus ducem ſequitur cæcum: Nam Hephæſtion, ex cujus Enchiridio petiti ſunt, eos diſerte ex Timocreonte, non ex Anacreonte adducit: Vide modo Technicum Pag. 40. Et hæc quidem de fragmentis ſpuriis aut ambiguis, ne decipiantur minus exercitati. Venimus tandem ad Notas noſtras, in quibus ita excuſſimus ſingula, ut nihil ne minimum prætermiſſum ſit, quod moram alicui ſtruere poſſet, locaque ambigua & corrupta ita ſtabilivimus & correximus, ut eorum intellectus nunc ipſis rudioribus pateſcat ſtatim: Id omne autem præſtitimus breviter & ſuccincte: Quod tamen ut commode fieri poſſet, magnam ineptiarum ſtruem, quam commenta Hominum, qui vel Græce parum docti, vel in re Critica parum erant verſati, largiter aggeſſerant, prætervehi & intactam relinquere debui: Ut de aliis non loquar, duo Commentarii duorum Interpretum, Barneſii & Baxteri, tot futiliſſimis nugis ſunt repleti, ut ſi eas ſingulatim refutare inſtituiſſem, plura de illis ſolis conſcriben-

da fuiſſent mihi, quam nunc de Græcis omnibus conſcripſi: Sic autem & tibi non profuiſſem, Lector, & mihi moleſtiam feciſſem longe maximam: Nihil enim ingratius, quam cum nugis conflictari, quas omnes, qui non ſunt inepti, nugas eſſe ſciunt & ſentiunt ſtatim: Quoniam & tempus pretioſiſſimum ſic miſere perdimus, & Rei Literariæ cauſam nequicquam promovemus: Quare eas ſemper attentione noſtra indignas judicavi, & omnes nugari ſtatuo, qui nugantes ſerio refutant, neque unquam a me impetrabo, ut vel temporis momentum in eorum inficetias impendam. Examinavi igitur, quæ alicujus erant momenti, & alia omnia ita neglexi, ac ſi in chartam miſellam nunquam conjecta fuiſſent: Id ſcias, Lector, & ubi de Interpretum commentis non loquor, cauſam ſilentii extitiſſe putes. Unum illud addendum: Oden Quartam in duas Odas ſeparavi, & earum poſteriorem cum primum ad Cupidinem Poëtæ ſervientem quaſi conſcriptam fuiſſe dixeram, dein non male etiam ad Erotem ſervum verum & proprie dictum, referri poſſe ſubjunxi: Id quod nunc unice mihi placet: Nam revera ἑταίρην vocandi miniſterium, ut de aliis

nihil

nihil dicam, nimis vile & abjectum eſt, quam ut Cupidini commode injungi poſſit: Quare ſervum Ερωτα dictum, intelligendum eſſe arbitror plane. Prior de Cupidine non injuria accipi poteſt: Nam pocula ita miniſtrare homini amoribus & voluptati dedito, non eſt res Cupidine plane indigna: Et tamen abſque ulla erroris ſuſpicione ibi etiam ſervus intelligi poteſt, cui nomen erat Ερώς: Id obſervetur modo, de duobus, qui eodem erant nomine, ſic cogitandum eſſe, non de uno: Hic non modo ſervus, ſed etiam amaſius erat domini; ille ſervus & nihil aliud: Quare eum, qui ſerviebat unice, ἑταίρην vocare jubet, & alia facere, quæ in ipſa perſona ſervi nihil ad voluptatem pertinebant; alterum autem pro pocillatore adhibet, qui non diſſimilis erat Jovis Ganymedi apud Superos: Vides? Sic utriuſque conditio eſt diſtincta, & vel unius ejuſdemque Poëtæ, vel duorum diverſorum Poëtarum potuerunt eſſe Odaria: Quæ, ut dixi, ſeparata optime ſe habent, cum antea nihi eſſet indigleſtius, quam continuatum & unum: Nam quod Baxterus ſcribit in Secunda Editione ſua, quæ mihi, cum ad Oden illam commentabar, forte

 fortuna

fortuna non erat in promtu, ad hominem ingenuum & amicum verba fieri, adeo ineptum eſt, ut quemadmodum id in mentem non venit mihi, ita nec Eruditorum cuiquam in mentem venerit: Itane cum amico, cum homine ingenuo agat quiſquam, cui vel ſenſus communis, vel aliqua eſt humanitatis mica? Nugæ, nugæ, quæ uni Baxtero abblandiri potuerunt: Et hæc verbo. Nunc, Lector, tu diutius non morabor, & ad ipſa Anacreontica dimitto lubens: Vale.

Digitized by Google

ΑΝΑΚΡΕΩΝ.

Digitized by Google

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ

ΜΕΛΗ.

Ι. Εἰς λύραν.

ΘΕλω λέγειν Ατρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·

A

ΜΕΛΗ] MS. Vaticanum, ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΑ ΗΜΙΙΑΜΒΑ: Quæ Inſcriptio nimis anguſta eſt: Nam ut de Prima Ode, quæ loco Procemii eſt, nihil dicam, non pauciora in his, quæ ad Veneris, quam ad Bacchi pertinent Orgia. Ita Recentiores, credo, quorum indolem novimus. Nicandri Scholiaſtes ad Poëtæ Theriaca, Anacreontem citat ἐν Ἡμιϊάμβοις ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Χιτῶνι: Quæ Inſcriptio antiquior eſt & melior: Nam ſic neque pocula excludunt amorem, neque amor excludit pocula. Illud Ἡμιϊάμβια aptum eſt, quanquam in his Odariis non omnia ſunt Hemijambica: Nam ad partem longe maximam reſpicitur, & ab ea deſumta eſt Inſcriptionis materies. Neque aliter accipiendum eſt Scholiaſtæ Nicandri Ἡμιϊάμβοις, ſi Odariorum, quibus Titulus ille præfixus, eadem, quæ horum, fuit conditio: Quod hodie ſcire non poſſumus, inprimis ubi ea, quæ ex iſta Sylloge adducit, in hac Noſtra non extant, & totum illud Odarium, quod Χιτὼν inſcriptum ait, exceptis pauculis abiit ad plura. Quanquam autem ΗΜΙΙΑΜΒΑ ſimpliciter & ἁπλῶς Inſcriptio eſt bona, eâ non deterior certe eſt vulgata ΜΕΛΗ, quæ omnia comprehendit apte, & nihil ne minimum excludit, ſive materiam, ſive Verſuum conſideres ſtructuram: Sciunt, qui vocem Μέλη norunt, quam norunt hodie omnes. Ut dicam, quod ſentio,

Digitized by Google

ANACREONTIS TEII
CARMINA.

De lyra ſua. H. ST.

CAntem libens Atridas,
Cantem libenſque Cadmum;

Sed

ſentio, nullus ego dubito, quin totum Opus, quod Anacreontis Lyrica continebat, generaliter dictum ſit Μέλη: Alterum Ἡμιάμβια parti tributum autumo, in quam Hemijambica ab aliis Verſuum generibus ſeparata, conjecerant forte Naſuti: Sic utriuſque Inſcriptionis conſtat ratio, & videmus, unde orta ſit diſcrepantia. Eo tamen admiſſo, ſuſpicari liceret, in Antiqua Hemijamborum Collectione non fuiſſe Odaria vel mere Trochaica, vel mere Dactylica, vel mere Σύμμικτα, qualia in hac Noſtra habentur hodie: Nam qui ita ſegregarunt Hemijambica, id anxie & accurate egerunt, ut credere par eſt. Ex quo nunc iterum apparet, quam accommodum ſit illud vulgatum Μέλη; cujus pretium cum perſpiceret etiam Barneſius, eo ſervato Vaticanum Συμποσιακὰ Ἡμιάμβια adſcivit una, & in fronte Libelli utrumque copulavit: Perperam certe, & nullo judicio: Nam quod in integro opere ſeparato bonum erat, in parte operis ſola non poteſt non eſſe malum: Hoc vident omnes, qui paulo ſunt oculatiores. Cæterum Anacreontis Lyrica olim Libro non uno fuerunt comprehenſa: Nam Auctor Etymologici M. in V. Μῶθος Anacreontem citat ἐν δευτέρῳ Μελῶν, & Ammonius Περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων in V. Διαβέντος ſimpliciter ἐν δευτέρῳ, Crinagoras autem non duos, ſed quinque Libros commemo-

Digitized by Google

Α βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ερωτα μοῦνον ἠχεῖ.
Ημειψα νεῦρα πρώην,
Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ᾖδον ἄθλους
Ηρακλέους, λύρη δὲ
Ερωτας ἀντεφώνει.
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν,
Ηρωες· ἡ λύρη γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

Εἰς

memorat in Epigrammatio Inedito, quod cum hac Inſcriptione extat in Anthologia Palatina: Τοῦ αὐτοῦ (ſcilicet Κριναγόρου, cujus aliud Epigramma præceſſerat) εἰς βίβλον λυρικὴν Ανακρέοντος.

> Βύβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχεϊ τῷδε
> Πέντας, ἀμιμήτων ἔργα φέρει χαρίτων.

Et hoc ſatis novum, quia inter Antiquos nemo eſt, quantum ego ſcio, qui Librum Tertium, nedum Quintum commemorat. An forte Inſcriptio male habet, & non unius Anacreontis Lyrica, ſed aliorum etiam quatuor, continebat Unum illud Volumen? Certe Epigrammatum Inſcriptiones, quæ in Anthologia habentur, a Recentioribus haud dubie profectæ ſunt, & non modo ab illis ſæpe fuerunt male conceptæ, ſed ab Amanuenſibus etiam male deſcriptæ: Si autem ad verba Epigrammatii ſingula attendamus, ita comparata ſunt, ut lubentius quinque Poëtarum Lyricorum Poëmata, quam unius Poëtæ Libros quinque Lyricôn, exprimerent. ἡ γλυκερὴ πέντας βύβλων λυρικῶν: Hoc indicat potius Opuſcula quinque Poëtarum, quam quinque Libros ejuſdem Poëtæ, ubi accedit diſerte ἐν τεύχεϊ τῷδε: Nam unius Poëtæ Libros quinque Lyricôn in eodem Volumine contineri, non novum adeo aut memoratu dignum; Sed quinque Poëtarum Lyrica, id ſatis notabile.

Digitized by Google

Sed barbiti mihi unum
Nervi ſonant Amorem.
Mutata nuper a me
Chelys fideſque cunctæ:
Jamque Herculis labores
Canebam: at illa contra
Sonabat uſque amores.
Heroes, ergo longum
Mihi valete poſthac:
Nam barbiti mihi unum
Nervi ſonant Amorem.

De

tabile profecto & dignum memoratu. Et quid igitur? Poteſt mutila eſſe Inſcriptio, & poſt nomen Anacreontis fortaſſe ſequi debebant nomina Aliorum quatuor, quæ Scribarum ignavia neglexit, cum primum ſiglis κ. λ. forte notata eſſent ſatis ſegniter: Sic ne literam mutamus, & Crinagoras tot Lyricorum Libros Anacreonti non adſcribit ſolus: Eruditi judicent.

I. ΕΙΣ ΛΥΡΑΝ.] Hæ Inſcriptiunculæ, dicam ſemel, non ſunt ab Auctore, ſed a Grammaticorum gente: Unde eſt, quod ineptiant & diſcrepent ſæpe: Alius enim eas concepit aliter pro lubitu ſuo, neque unius ejuſdemque ſunt ætatis. Illud ἐν Ἡμιϊάμβοις ἐν ἐπιγεγραμμένῳ Ὕπνῳ, quod ex Scholiaſte Nicandri paulo ante adduximus, Odarii unius Inſcriptionem exhibet haud dubie: In Hemijambis ſcilicet erat Ode, quæ Ὕπνος inſcribebatur: Id verba aperte innuunt, & quiſque animadvertit ſtatim. Quid tamen Barneſius? Ex uno illo Odario in Vita Anacreontis pag. 59. integrum Poëma ſibi confinxit ſatis ſtolide pro more ſuo.

6. Καὶ τὴν λύρην ἅπασαν] *Et Lyram mutavi totam*, id eſt, pro Lyra, quam antea habebam, aliam Lyram ſumſi: ut nervos mutaverat, ita mutaverat etiam Lyram: Qui nervos mutat, alios ſumit pro aliis; & ſic ſimiliter, qui Lyram mutat, aliam ſumit pro alia. Nervos.

Digitized by Google

II. Εἰς γυναῖκας.

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,
Ποδωκίην λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτὸν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα·
Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.

Τί

vos Lyræ mutaverat primo: Quod cum nihil ad numeros bellicos proficeret, pro Lyra veteri dein Lyram ſumſerat novam: Hic ſenſus eſt loci. Barneſius, qui per λύρην ἅπασαν intelligit collabos, verticillos, pectinem, & totum Lyræ apparatum, errat & audiri non debet contra verborum efficaciam.

II. 1. Φύσις κέρατα ταύροις] ρα in κέρατα hic & locis quibusdam aliis producitur: Quod ſi roges, qua ratione fiat, dicam paucis: Pro κέρατα Poëtæ κτ̀ πλεονασμὸν dicunt κεράατα, producto α inſerto, ut ſic tres ſyllabæ poſtremæ Dactylum efficiant: Id autem contrahentes, α breve ejiciunt, & ſic duas ſyllabas reſiduas ad menſuram redigunt Trochaicam: In utroque licentia eſt Poëtica, & licentiæ Poëticæ etiam elucent vires: Nam literæ brevi apponere literam longam, eaque retenta ipſam brevem ſedibus ſuis expellere, audax ſane eſt & durum: Sic tamen illi, quibus conceſſa fuerunt alia non pauca. Id unum obſervandum, quod in omnibus illis locis, quibus κέρατα mediam producit, pro vulgato κέρατα ſcribendum videatur κερᾶτα, ut ſic nota contractionis adſit, & ſyllaba brevis a ſyllaba longa diſtinguatur rite: Eatenus enim accentuum non improbus eſt uſus; de quibus quid cæteroquin ſentiendum ſit, & Viri Eruditi ſentiant, non ignotum eſt Græce doctis.

7. Φρό-

Digitized by Google

De mulieribus. H. ST.

Tauro, ferire cornu,
Equo, ferire calce,
Lepori, valere curſu
Natura dat: leoni
Dentes hiante rictu;
Piſces docet natare,
Aves docet volare:
Prudentiam viris dat:
At fœminis nequivit.

Quid

7. Φρόνημα] Id eſt, animum excelſum, cui præter prudentiam & conſtantia & robur: Interpretes balbutiunt: Nam ſola prudentia, ſola virtus bellica non ſufficit.

8. Γυναιξὶν οὐκ ἔτ᾽ εἶχεν] [illegible] frigida & inepta: An omnia, quæ excellunt, igitur jam enumerata? Abſit, abſit: Ubi Exempli gratia, eſt aſtutia Vulpibus tributa? Ubi alia data animantibus aliis? Dein pudicitia, modeſtia, aliæque virtutes, nonne inter eximia & præcipua etiam? Inquies; Lyricus voluptati deditus, hic ſeria non curat, & ad corporis, non animi, reſpicit dotes: Sed ut prius illud tibi concedo, ita poſterius negare non poſſum non: Quid enim? φρόνημα nonne ad animum pertinet, & nihil cum corporis ſtructura habet commune? Id certe non inficiaturus es: Quare eo intuitu concidit ſane defenſio. Addam aliud: Ipſe bonus ſibi contradicit: Nam ubi dixerat, Naturam nihil habuiſſe amplius, quod largiretur fœminis, eodem fere ſpiritu pulchritudinem promit, quæ alia omnia facile vincat: Et hoc eſt eodem ore calidum & frigidum efflare ſimul. Non habebat Natura quicquam, quod fœminis impertiret, poſt ſingula iſta conceſſa ſingulis: Quid igitur dedit, & dedit tamen ſtatim? Pulchritudinem, rem omnium optimam, rem omnium validiſſimam: Qui non ſentit hæc inepta eſſe & male coagmen-

Digitized by Google

Τί οὖν δίδωσι; κάλλος,
Ἀντ' ἀσπίδων ἁπασῶν,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων·
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον,
Καὶ πῦρ, καλή τις οὖσα.

III. Εἰς Ἔρωτα.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτου,
Μερόπων δὲ φῦλα πάντα
Κέαται κόπῳ δαμέντα,

Τότ'

coagmentata, nihil revera ſentit. Quid autem? An præter pulchritudinem, dicam denuo, nihil jam reſtabat hic? O bone, ubi igitur ſuadela & vis illa perſuadendi, quæ pro clypeis, pro haſtis quoque? Eane ignota tibi? Sed inquies, illa viris etiam communis: Fateor: Sed quid? An pulchritudo non communis quoque illis, & ut mulieres ſunt pulchræ, ita mares etiam ſunt pulchri? De eo non dubitandum: Pulchritudo tamen tributa fœminis κατ' ἐξοχὴν: Et ſic etiam ſuadela, quæ ideo Præſidem habuit Deam, non Deum: Suada enim & Πειθὼ non ignota eſt cuiquam. Quare pulchritudo hercule non poteſt magis præcipue aut προηγουμένως tribui fœminis, quam ſuadela & vis perſuadendi. Alia mitto: Ex his ſatis aperte conſtat, quid ſentiendum ſit de Auctore hujus Odarii, cujus ingenium ſine dubio abſuit procul ab ingenio Anacreontis. Nam quod de voce φρόνημα ad hunc Verſiculum retracta, ſcripſit Stephanus, ut ſententiæ laboranti adeſſet, incongruum eſt & non unius aſſis: Illud enim οὐκ ἐν ἀρχῇ latiſſime patet, & cum uno φρόνηματι copulari poteſt nullo modo, ubi in hoc Odario ſingula tribuun-

Quid ergo donat illis?
Decoram habere formam;
Pro parmuliſque cunctis,
Pro lanceiſque cunctis.
Quin flamma cedat illi,
Ferrumque, ſi qua pulchra eſt.

De Cupidine. H. ST.

Nuper ſilente nocte,
Quum jam rotatur Urſa
Circa manum Bootæ,
Et corpus omne ſomnos
Feſſum labore carpit:

Super-

buuntur ſingulis, & nulla inducitur donorum communio, ſed quiſque ſua habet & habere debet privatim: Nihil certius aut evidentius. Aliter Daviſius, Anglus Eruditus, qui ad Ciceronis Philoſophica non Poëtæ, ſed Amanuenſium culpa factum putat, ut hodie ſententiam hic habeamus ineptam, ideoque legendum arbitratur, ut ea iterum evadat apta, Τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα. Γυναιξὶν οὐκ ἐπεῖχεν; Τί ἂν δίδωσι; κάλλος, Ἀντ' ἀσπίδων &c. Conatu ſane laudabili, ſed quem non adjuvit fortuna proſpera: Nam dicam libere, nihil coactum magis & hiulcum: Quid, quæſo, prima interrogatio adeo inexſpectata? Quid eam excipiens ſubaudita reſponſio? Quid denique ad eam accommodata interrogatio nova? Fateor, hæc adeo dura ſunt, ut neque Sermonis, neque Odarii indoles ea admittere poſſit: Quare ego ſane non amplectar, quæ etiamſi vera forent, vel parum vel nihil prodeſſe poſſent, & hominem ineptientem hic frui deliciis ſuis, lubens libensque ſinam.

Εἰς Ἔρωτα] Odarium mellitum & vere elegans.

2. Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος ἤδη] Codex Vaticanus, Στρεφέτην ὅτ' Ἄρκτοι ἤδη:

Digitized by Google

Τότ᾽ Ἔρως ἐπιστᾳθεὶς, μευ
Θυρέων ἔκοπτ᾽ ὀχῆας.
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατὰ μεῦ σχίσεις ὀνείρους.
Ὁ δ᾽ Ἔρως, Ἄνοιγε, φησὶ,
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι·
Βρέχομαι δὲ, κἀσέληνον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι.
Ἐλέησα ταῦτ᾽ ἀκούσας·
Ἀνὰ δ᾽ εὐθὺ λύχνον ἅψας,
Ἀνέῳξα· καὶ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέροντα τόξον,
Πτέρυγάς τε, καὶ φαρέτρην·

Παρὰ

Quod nemo probet præ vulgata.

6. ἐπιστᾳθεὶς μευ] Non convenit Doriſmus in his: Lege ſaltem, ἐπισταθεὶς μου. Idem vitium recurrit Verſu 3. abhinc: Et ibi lege, κατὰ μοῦ.

9. σχίσεις ὀνείρους] Barneſius σχίζεις pro σχίσεις, quia ſomnia non turbaret, ſed jam turbaverat Amor: Non neceſſe eſt: Nam Futurum pro Præſenti aliquoties adhibeat Poëtæ, ut metro morem gerant. Euripides in Hippolyto Coronato Verſ. 353.

Οἴμοι, τί λέξεις, τέκνον; ὥς μ᾽ ἀπώλεσας.

Ubi λέξεις pro λέγεις poſitum, ut hic σχίσεις pro σχίζεις, in gratiam Verſus Jambici: Alia prætereo ſciens. In Codice Vaticano ipſum σχίζεις totidem literis extat: Quod naturalius utique; ideoque tibi ſumere potes, ſi velis: Sic pro Verſu Anacreontico hic habebimus Verſum

Joni-

Digitized by Google

Supervenit, foreſque
Meas Cupido pulſat.
Quis tundit oſtium, inquam,
Turbatque ſomniantem?
Reclude, clamat ille,
Fores, metumque pone:
Nam ſum puellus, & per
Illunem oberro noctem
Madens ab imbre totus.
Ut audii hæc, miſertus
Accendo lumen, atque
Meos recludo poſtes:
Tunc conſpicor puellum,
Sed arcum habentem & alas,

Sed

Joniſcum ἰσοδύναμον.

17. Ἐσορῶ φέροντα τόξον] Henricus Stephanus, quia Verſu proximo μὲν præcedit, hic legendum cenſet, Ἐσορῶ, φέρει δὲ τόξον: Nullo jure, ut recte animadvertit Faber, ubi δὲ opportune ſequitur Verſu altero abhinc. Dein ipſum illud ἐσορῶ βρέφος μὲν, φέρον δὲ τόξον, hiulcum eſt & ſcabrum: Nam Participium ad vocem Subſtantivam accedit perquam moleſte, & aliquid debuiſſet interponi, quod ea commodius jungeret: Ipſe Stephanus in Paraphraſi ſua, *Fores tandem meas aperui; & puerulum quidem conſpicio, ſed hujusmodi, qui arcu & pharetra inſtructus eſſet.* Sic etiam Græca condere debuiſſet Auctor, ſi voluiſſet aliquid ſimile. Adhæc πτέρυγας non amat certe eam oppoſitionem, quam Vir Eruditus in his quærit: Nam nihil in alarum geſtamine, quod pueruli conditionem excedat, ubi

Digitized by Google

Παρὰ δ' ἱςίην καθίσας,
Παλάμαισι χεῖρας αὐτῦ
Ανέθαλπον, ἐκ δὲ χαίτης
Απέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ο δ', ἐπεὶ κρύ⊛ μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμεν·
Τόδε τόξον ἐςί μοι νῦν,
Βλάβεται βραχεῖσα νευρή.
Τανύει δὲ, καί με τύπ]ει
Μέσον ἧπαρ, ὥσπερ οἶςρ⊛·
Ανὰ δ' ἄλλεται καχάζων,
Ξένε δ' εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μέν ἐςι,
Σὺ δὲ καρδίην πονήσεις.

Εἰς

Amorculi alati fingebantur vulgo. Quare iſta Stephani ſuſpiciuncula peccat non uno, ſed omnibus modis.

19. Παρὰ δ' ἱςίην καθίσας] Barneſius καθίσσας, ut ſic Verſus Anacreonticus exeat: Non obloquor: Mirum tamen, quod iſta geminatio in his adeo rara ſit: Nam nullibi eam reperio, præterquam in hoc uno Verſu Odarii 48.

Φέρε μοι νόμυς κεράσσω.

Idque ambigue: Nam pro κεράσσω, miſcuero, ipſa ſententia mallet κεράσω, miſcebo. Dein Jonicum ἱςίην, quod hic ſecundam corripit, eam producere ſolet ſuo jure. Quæ ubi paulo accuratius perpendo, animus inclinat, ut credam nihil mutandum eſſe, & Poëtam pro Verſu Anacreontico iterum adhibuiſſe alium ἰσοδύναμον ex pede Jonico & Choriambo.

Digitized by Google

Sed pendulam pharetram.
Foco admovetur a me,
Manibus manus & ejus
Foveo, ut caleſcat, imbrem
Et exprimo capillis.
Ille, ut receſſit algor,
Probemus, inquit, arcum,
An læſus imbre nervus.
Statimque tendit illum,
Ferit & mihi ſagitta
Medium jecur, quaſi œſtrum.
Tunc exilit cachinnans,
Aitque, Gratulare,
O hoſpes, ecce, ſalvus
Meus quidem mihi arcus,
At cor tibi dolebit.

De

-tiambo. In Libro Vaticano pro *καθίσας* ſcriptum eſt *καθίξας*, quod ex aſſe etiam Doricum, hinc ablegandum eſt procul.

20. *Παλάμαισι*] Codex Vaticanus corrupte *Παλάμαις τι*.

24. *Φέρε, φησὶ, πειρήσωμεν· Τόδε* &c.] Locus depravatus: Cum Stephano diſtinguendum & legendum eſt,

Φέρε, φησὶ, πειρήσωμεν.
Τόδε τόξον, εἴ τι μοι νῦν
Βλάβεται βραχεῖσα νευρή.

Sic nihil facilius aut emaculatius. Baxterus eadem diſtinctione abhibita, pro *ἐστὶ*, *eſt*, legebat *ἐς τί*, *in quantum*: Sed ei non adſentior: Nam *εἴ τι* ſine dubio vulgatius eſt & mollius. Neque juvat *ἐς τί*, quod vix fieri poſſe videatur, ut nervus a pluvia maneat illæſus: Nam illud *ἀβλαβὶς*, & alia, quæ

 ſe-

Digitized by Google

IV. Εἰς ἑαυτόν.

Επὶ μυρσίναις τερείναις,
Επὶ λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας θέλω προπίνειν.
Ο δ᾽ Ερως χιτῶνα δήσας
Υπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.
Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθεὶς,

Ολίγη

ſequuntur, id factum aperte probant hic: Et nervus tendebatur bene, & tenſus ſpiculum emittebat bene: Vere ἀβλαβὲς igitur una cum nervo erat τόξον: Hoc certum & perſpicuum. Pro πειρήσωμεν in Libro Vaticano ſcriptum πειρήσωμαι: Non inepte etiam: Vulgata tamen præſtat.

IV. 5. *Υπὲρ αὐχένος παπύρῳ*] De Papyro Ægyptia hæc recte accipiunt Interpretes: Sic tamen intelligi nolim funiculum ex Papyro contextum, ſed vel recens Papyri folium, vel recentes ſcapi Papyracei philyras, ita contortas & convolutas, ut affabre pro vinculo eſſe poſſint. Eo admiſſo, elegans quid referre poteſt ἔννοια Poëtæ, in qua cæteroquin nil niſi ruſticum & agreſte: Nam quid aliud, amabo, funiculus verus & proprie dictus? Tunica collecta & Papyro ad cervicem conſtricta, nudum referret Cupidinis ſtomachum & ventrem; eamque non alia de cauſa ita conſtringi volebat Poëta, quam ut ſpectaculo iſto oculos ſuos paſceret: Ad iſtam elegantiam & honeſtam nequitiam quid *ſuavis*? Nugarentur hercule, qui tale quid ſibi confingerent. Philyras igitur illas recentes, vel recens potius Papyri folium, volebat Poëta, ut ſic urbane nodo conſtricta eſſet tunica: Hoc extra dubium videtur mihi. Addam aliud: Ipſa illa Papyri Niloticæ memoria Poëtam requirit, vel natione Ægyptium, vel in Ægypto ſaltem commorantem: Nam alius de ea

ita

Digitized by Google

De ſeipſo. H. ST.

Teneris ſuperque myrtis,
Super & virente loto
Recubans, bibam libenter:
Religatus at papyro
Tunicam Cupido collo,
Mihi poculum miniſtret.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas:
Tenuis jacebimuſque

Cinis,

ita non cogitaſſet certe. Jam autem Anacreon neque Ægyptius fuit, neque in Ægyptum unquam pedem intulit, ſi fidem Hiſtoricam ſequamur: Et quid igitur? Nonne Odarium habuiſſe videtur alium parentem, qui ſi non Ægyptius, ſaltem in Ægypto, & in ipſa forte Alexandria erat, cum hæc ſcriberet? Id ſequitur ſane, & mihi etiam ſit perquam probabile. Non abludunt autem ab hac ſuſpicione Verſiculi Primi

Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
Ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας, θέλω προπίνειν.

Nam ποίας λωτίνας accipiendum de Loto ſativa vel Meliloto, quæ ubique terrarum naſcitur, & in Ægypto ſine dubio fuit frequens: Vide Plinium Lib. 21. Hiſtor. Natur. Cap. 11. De Myrto autem Ægyptia Athenæus Lib. 15. Conviv. διάφορος δὲ γίνεται κατὰ τὴν ὀδμὴν ἡ ἐν Αἰγύπτῳ μυρσίνη παρὰ τὰς ἐν ἄλλαις χώραις, ὡς καὶ Θεόφραστος ἱστορεῖ. Locus eſt in Lib. 6. Hiſtor. Plant. Cap. ult. Atque hinc paulo ante illa verba coronam Naucratiten cum Polycharmo de corona myrtea explicat Deipnoſophiſta: ὁ μὲν δὴ Πολύχαρμος ταῦτα, οἷς κἀγὼ πείθομαι, ἀγνώμονος ἐκ ἐκλαβόντα εἶναι Ναυκρατίτην στέφανον, ἢ τὸν ἐκ τῆς μυρσίνης, τοῦ καὶ μετὰ τοῦ ῥοδίνου ὑπὸ τοῦ Ἀνακρέοντος φορεῖσθαι. Ita legendum eſt: Vulgo μετὰ τοῦ ῥόδου legitur male, neque correxit Caſaubonus, quanquam eo etiam deceptus fuit Dalecampius, quem caſtigat.

8. Βίοτος τρέχει κυλισθεὶς] Illud

κυλισθεὶς

Ολίγη δὲ κεισόμεσθα
Κόνις, ὀςέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;

Τί

κυλισθεὶς non poſitum eſt ſuo loco: Nam ad τροχὸς, non ad βίοτος pertinet, quia a rota circumacta ſumitur comparatio: Eruditiores vident: Alios non curo. βίοτος τρέχει, οἷα τροχὸς ἅρματος κυλισθεὶς: Ita ordinanda erat ſententia, quæ nunc turbata eſt culpa ipſius Poëtæ.

11. *Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν*] Quem reſpicit σέ? An Poëtam, qui ita alloquitur ſe ipſum? Haud puto: Nam alia eſt cohærentia verborum. An Amorem igitur, quem hic ſibi miniſtrum eligit Poëta? Id bonum prima ſpecie, ſed pravum quoque, ſi animum paulo diligentius advertas: Quid enim? An Cupido λίθον μυρίζειν, & γῇ μάταια χέειν ſolet proprie, & ab iſta opera ſua quotidiana avocandus erat, antequam extra ordinem ad hanc accedere poſſet? Hoc expoſitio iſta ſupponit, & adeo inficetum eſt, ut nihil magis. An locus igitur eſt corruptus, tertium enim non reſtat? Videamus & faciamus periculum: An ſcribendum mutata unica literula?

Τί με δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Εμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ᾽ ἑταίρην.

Ut ſic duo Primi Verſiculi reſpiciant ipſum Poëtam, tres vero ſequentes Cupidinem? Sic ſane incommodum illud ceſſat, quod Amorem inferiis & mortualibus peculiariter addicit, ipſeque Poëta facit, quod omnes certis temporibus facere ſolebant olim. Et quid igitur? An hanc ſcripturam probabimus? Abſit, abſit: Nam ſi ad nexum verborum attendamus; ἐμὲ μᾶλλον ita requirit σέ præcedens, ut abſque eo eſſe non poſſit, & vim omnem amittit ſuam, ſi in ejus locum ſubſtituatur μέ: Quinque ſcilicet hi Verſiculi non poſſunt duobus tribui, & adeo aperte ſe referunt ad unum, ut & interna & externa vis verborum pereat, ſi diſtinguantur perſonis diverſoſque ſectari debeant: Hoc vident, qui oculos habent & non cæcutiunt. Si poſt Τί με δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; ſcripſiſſet Poëta, σὺ Ερως, ὡς ἔφην, παρέσω, καὶ ἐμὲ μᾶλλον, ὡς &c. aut aliquid ſimile, alia verborum fuiſſet conditio: Nunc ἐμὲ μᾶλλον ſtatim poſt τί σε requirit verba ad unum continuata: Quare ea ſane conditione ego non utar. An ergo legendum?

Τί με δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Εμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,

Μύρισον,

Digitized by Google

Cinis, oſſibus ſolutis.
Tumulum quid eſt quod ungas,
Vel humo quod ebibenda

Peri-

Μυρίσω, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πυκάσω, καλῶν ἑταίρην.

Imo ſic quinque Verſiculi unum Poëtam reſpiciunt omnes, & Amori etiam tribuunt nihil, quod ad inferias quotidianas pertineat; ſed aliud iterum incommodum oritur: Eo nempe admiſſo, homo delicatus & luxuriæ deditus facit, quod omnes, qui paulo honeſtiores erant, non feciſſent ipſi, ſed juſſiſſent miniſtris & mancipiis ſuis: *μυρίσω, ῥόδοις κρᾶτα πυκάσω, καλέσω ἑταίρην*: Quid videtur? An ea conveniunt? Itane ageret ille, qui paulo ante non ſervum aut aliquem ingenuum ex numero mortalium, ſed ipſum Cupidinem, ipſum Veneris gnatum legitimum, ſibi ceperat pocillatorem? Nugæ, nugæ, quas ego longe ablego. Quid faciemus? Locus hercule eſt difficilis, & in quamcunque partem me verto, ubique difficultates offendo, quas ſuperare nequeo: Nam ut hoc addam, in vulgata ſcriptura, quæ ad alium profecto referri non poteſt, quam ad unum Cupidinem, non modo illud incommodum eſt, quod Cupidini tribuantur mortualia, ut munia propria & domeſtica, ſed etiam alia incommoda inhærent, quæ orationis reſpiciunt ſtructuram: Ubi præcedit ſcilicet,

Ὁ δ' Ἔρως χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διακονείτω.

Dic, quæſo, an recte ſequitur,

Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;

Et cum prius ad Cupidinem verba facta eſſent in tertia perſona, poſtea recte ad eum verba fiunt in perſona ſecunda? Id tibi ſane, ut mihi, non videbitur, credo: Nam nihil eſt, quod ad perſonam ſecundam viam ſternat, & facit, ut ipſe Cupido compellari poſſit directo: Pueri vident, & nihil certius. Hoc autem cum coactum & pravum ſit, non minus pravum & coactum eſt, quod ſtatim in Principio Odarii non compelletur Cupido, ſed in fine demum & Periodo poſtrema: *Πρὶν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν Ὑπὸ νερτέρων* &c. Nam ſic ad orationis duritiem orationis ambiguitas accedit, & ex utraque balbuties oritur ſatis inepta & inficeta. Quin & tertium hoc incommodum ſubeſt: Antea Poëta voluerat, ut pocula ſibi miniſtraret Cupido: Hic poſtea vult, ut cum unguentis adſit, coronis cingat caput, & puellam evocet ſuaviculam: Quæ ſane diſſona ſunt, & ita commemorata faciunt, ut ipſe Poëta ſibi ſit diſſimilis, nec eadem

Digitized by Google

Τί δὲ γῆ χέειν μάταια;
Εμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον· κάλει δ' ἑταίρην.
Πρὶν, Ερως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν

Ὑπὸ

dem loquela utatur. Atque hæc cum ita ſint ſingula, quid fiet tandem? An dicemus eum, qui hæc pepigit, non modo alium fuiſſe ab Anacreonte, ſed hominem etiam extitiſſe ineptulum & ingenii parum probati? Si ita velis, per me licet: Attamen ea, quæ notavimus, nimis fere incondita ſunt, quam ut in quemquam alicujus ingenii aut judicii cadere poſſint, & alia, quæ hic habemus, meliorem certe produnt: Hoc certum & perſpicuum. Quid multa? Aliquid nunc mihi in mentem venit, quod extra dubium videtur poſitum, & omnes difficultates profligabit ſtatim: Viſne ſcire? Duo Odaria hic mihi perperam videntur conjuncta ab Amanuenſibus inficetis, eaque nunc ſeparanda denuo & Inſcriptionibus diſtinguenda: Prius non male ita inſcribitur vulgo, Εἰς ἑαυτὸν: Poſterius ego ita inſcribo & ordino,

Εἰς Ερωτα δυλεύοντα.
Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῆ χέειν μάταια;
Εμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην.
Πρὶν, Ερως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νερτέρων χορείας,
Σκεδάσαι θέλω μερίμνας.

Sic diſtincta ſe recte habent, quæ copulata ſe habebant male: Nam ut alia prætereamut, per ſe ſatis perſpicua, illud σέ nunc ſtatim ad Inſcriptionis Cupidinem ſe apte refert, & dein recte ſequitur in ipſo Odario, Πρὶν, Ερως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν: Hoc omnes & ſinguli ſentiunt ſtatim. Fingit autem Poëta, Cupidinem ſibi ſervire, reſpiciens ad illud ipſum, quod in his Anacreonticis de eo legimus, Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν, Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ. Δυλεύειν δεδίδακται: Ea autem conditione facit, quod cæteroquin non feciſſet; tumulum nempe ungit & coronat fuſo mero: Servus erat, ſed ſervus liberalior, qui in gratiam heri manibus familiæ juſta faciebat libens. Id autem dum facit, & ab eo fieri fingit Poëta, ex abrupto ſatis venuſte ad eum ſic verba dirigit præſens, Τί σε δεῖ λίθον &c. Vides? Sic nihil abſonum, nihil inconditum in his. Plane autem gemellum eſt Epigramma,

Peritura dona fundas?
Potius, manente vita,
Roſeas meo corollas
Capiti, feraſque odores:
Mihi & evoces amicam:
Etenim priuſquam ad Orci

Rapiar

ma; quod in Anthologia extat Lib. 2. Cap. 47.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίνοις στήλαισι χαρίζου,
Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
Ζῶντί μοι, εἴ τι θέλεις, χάρισαι· τέφρην δὲ μεθύσκων,
Πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

Niſi quod ibi verba fiant ad hominem ingenuum, hic ad miniſtrum: Nam inſcriptio ibi etiam intercidit, ut aliis locis quam plurimis: Quod ſine dubio magnas tenebras magnaque incommoda induxit ſæpe. In vulgata diſtinctione minus etiam recte de inferiis agebatur poſt *Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα, Βίοτος* &c. Nam quid illæ ad brevitatem vitæ & curſum ejus velocem? Sic de ſacrificiis, quæ Plutoni fiebant, ut ſero miſellos raperet, loquendum fuiſſet: Nam ea nihil etiam ad vitam prorogandam facere poſſunt: Quo pertinent notiſſima illa Horatiana, *Divesne priſco natus ab Inacho*, & *Eheu fugaces Poſthume, Poſthume*: Quibus hæc debuiſſent eſſe gemella. Nunc facta ſeparatione, in principio ſtatim recte commemorantur inferiæ, & nihil etiam eatenus eſt, quod cuiquam diſplicere poſſit. Quare non eſt dubitandum ſane de hac ſuſpicione mea, quam etiam probabilem efficit prona confuſionis occaſio: Nam ubi Cupido in uno & in altero Odario erat miniſter, homines inepti vicina nec ſatis aperte diſtincta, protinus copularunt una. Illud addam: Erunt, qui per Ἔρωτα in hoc Odario poſtremo forte intellecturi ſunt ſervum proprie dictum, quia manibus juſta facere & puellam arceſſere, videntur negotia Cupidinis majeſtate indigna: Et hos, ſi ita ſentire velint, ego non gravate ita ſentire patiar: Nam Ἔρως certe nomen ſervile eſt ſatis celebre.

16. Ἔρως] Ita recte legitur nunc, ita ante inductum diſcrimen recte etiam legebatur, ut ſaltem perſona adeſſet, ad quam referri poſſet τί: Nihil certius, nihil evidentius. Quid tamen Baxterus? Ex nomine fecit verbum, & legendum eſſe cenſuit,

Ὑπὸ νεǫτέǫων χοǫείας,
Σκεδάσαι θέλω μεǫίμνας.

V. Εἰς ῥόδον.

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ερώτων
Μίξωμεν Διονύσῳ·
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον.
Κǫοτάφοισιν ἁǫμόσαντες,
Πίνωμεν ἁβǫὰ γελῶντες.
Ῥόδον ὦ φέǫιϛον ἄνθος,
Ῥόδον ἔαǫος μέλημα.
Ῥόδα καὶ θεοῖσι τεǫπνά·

Ῥόδα

Πǫὶν, ἐǫῶ σε, δεῖ μ' ἀπιλθεῖν
Ὑπὸ νεǫτέǫων χοǫείας,

Adeo putide & inepte, ut nihil magis: Nam ut alia præteream, barbarum eſt illud ἐǫῶ σε, & dignum ipſa Morbonia. Quare Barneſius, ſi ſapuiſſet, nugas illas debuiſſet proſcribere, nec rationem earum habere ullam: Sed alio ille erat ingenio, & conjecturam iſtam adjuvare maluit hac conjectura ſua,

Πǫὶν ἔǫαζε δεῖν μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νεǫτέǫων χοǫείας,

In qua mehercule nihil etiam eſt, quod cuiquam placere poſſit, & omnibus, qui Linguam callent, diſplicere non debeat ſtatim. Quid enim? An ἔǫαζε eſt ὑπὸ γῆν, ut ille indubie credidit ita corrigens? Ubi hoc pictum vel ſcriptum? Quis ita locutus unquam? ἔǫαζε eſt χαμαὶ, & quæ in terræ ſuperficiem cadunt, ἔǫαζε cadunt & χαμαὶ: Hoc ſciunt omnes, qui Græce ſciunt. Et quid igitur inſulſius, quam ἔǫαζε & ὑπὸ νεǫτέǫων χοǫείας cum verbo ἀπελθεῖν ita copulare una? Nihil certe, nihil. Sed apud Heſychium legerat homo, Εǫαζε, εἰς τὴν γῆν: Id ſcilicet rem conficit, & ſic εἰς γῆν fit

ὑπὸ

Digitized by Google

Rapiar nigri choreas,
Volo diſſipare curas.

De roſa. H. ST.

Roſam amoribus dicatam
Sociemus ad Lyæum:
Foliis roſam decoram
Capiti revincientes,
Calices jocemur inter.
Roſa, honor decuſque florum:
Roſa, cura amorque veris:
Roſa, cælitum voluptas.
Roſeis puer Cytheres

Caput

ὑπὸ γῆν: Di boni! quicquamne ſtolidius? Quicquamne ineptum magis?

V. 2. Μίξωμεν Διονύσῳ] Verſus eſt Pherecratius, & nihil mutandum. Liber Vaticanus male, Μίξωμεν τῷ Διονύσῳ: Nam ſic Verſus non eſt Verſus.

5. Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες] Verſus Anacreonticus cum Spondeo in loco primo & Tribrachy in loco ſecundo. Barneſius de menſura Verſus narravit aliena, & non uno modo hæc miſere torſit: Vide modo ejus ineptias.

6. Ῥόδον ὦ φέριστον ἄνθος] ὦ hic exclamantis eſt, non vocantis: ὦ, φέριστον ἄνθος ἐστὶ ῥόδον: Nihil apertius, ſi ad verborum cohærentiam vel leviter attendas. Barneſius & Baxterus, uterque igitur male in Verſione ſua, *Roſa, o præſtantiſſime flos.* Moneo in gratiam rudiorum, qui decipi poſſent.

7. Ῥόδον ἦαρος μέλημα] Non male legunt, Ῥόδον εἴαρος μέλημα, quanquam Tribrachys in loco primo hic etiam non diſplicet mihi.

9. Ῥόδον

Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης
Στέφεται καλοῖς ἰούλοις,
Χαρίτεσσι συγχορεύων.
Στέψον οὖν με, καὶ λυρίσω

Παρὰ

9. Ῥόδα παῖς ὁ τῆς Κυθήρης] Codex Vaticanus, Ῥόδον ὁ παῖς Κυθήρης: Quod hic probabit nemo.

10. Στέφετ) καλοῖς ἰούλοις] Scio, quomodo defendi poſſit καλοῖς ἰούλοις, ſed longe emaculatius eſſe καλοὺς ἰούλους, id ſcio etiam: Et cur igitur lectionem nitidiorem aſpernamur, quæ ſe ipſa prodit & ex literis quaſi exſilit? Sequitur Χαρίτεσσι: Et hoc caſum quartum etiam commendat præ tertio: Nam vicini diſſimiles eſſe malunt, ſi poſſunt.

12. Στέψον οὖν με, καὶ λυρίσω] Quale hoc Metrum? An cum Barneſio λυρίζων ſcribendum pro λυρίσω, & Verſus ita leviter interpolatus, habendus pro Anacreontico, in cujus principio nempe ſteterit Amphimacer pro Dactylo vel Spondeo? Nihil inſulſius, nihil incogitantius hercule. In Verſu Hexametro Amphimacer ita uſurpatus ſit credo, non in Verſu Anacreontico vel alio Jambico: Nam, ut uno verbo dicam, quod res eſt, ſic Jambica & Trochaica fuiſſent confuſa, & maxime oppoſita temere coaluiſſent una: Quod Metrorum diſtinctio fieri certe vetat, & nunquam Muſarum cohors tuliſſet æquo animo. Amphimacer ſtatim Trochæum exhibet, eumque occultare poteſt nullo modo: Jam autem Trochæus non modo inimiciſſimus eſt Jambo, ſed etiam, ſi in principio ſit poſitus, Verſum Jambicum plane ſtrangulat, & ex Jambico fieri cogit Trochaicum. Periti ſciunt, nihilque indubitatius. Cave igitur homini adſentiaris, aut de Verſu Anacreontico cogites hic. Aliud eſt Metrum, alia ſtructura Verſus. Videamus: Στέψον οὖν με, καὶ λυρίσω Ditrochæum & Choriambum exhibet: Quorum tempora tempora Verſus Anacreontici non excedunt. Et quid igitur? An pro Verſu Anacreontico Verſum æqualem adhibuit Poëta? Sane alter huic ſimilis Odario 53. eſt iſte,

Μέλπομαι ῥόδον θερινόν.

Quare ita ſentirem, ſi verba eſſent intemerata & ſana: Quod ego certe non puto: Nam ubi locum integrum conſidero,

Στέψον οὖν με, καὶ ΛΥΡΙΣΩ
Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
Μετὰ κούρης βαθυκόλπου
Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος ΧΟΡΕΥΣΩ.

λυρίσω,

Digitized by Google

Caput implicat corollis,
Charitum choros frequentans.
Agedum ergo me corona,
Pater ô Lyæe, templis
Modu-

λυρίσω, χορεύσω poſt præcedentem copulam, ita ἀσυνδέτως ſummopere mihi diſplicent, neque ab Auctore hujus Odarii profecta puto: Orationem enim efficiunt nimis aſperam & hiulcam. In Codice Vaticano pro λυρίσω ſcriptum eſt λυρίζω: Quod deterius adhuc: Nam ſic λυρίζω a χορεύσω tempore etiam diſſidet. Aliud requiritur: Legendum eſt, neque dubito,

Στέψον οὖν με, καὶ ΛΥΡΙΖΩΝ
Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς
Μετὰ κούρης βαθυκόλπου,
Ροδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος, ΧΟΡΕΥΣΩ.

Sic verba apte cohærent, & Verſum Trochaicum habemus purum putum: Hoc omnes vident & ſentiunt. Nec tamen perpurgatus eſt locus: Nam aliud adhuc incommodum ſeſe offert ſtatim. Verba cohærent apte & conſtructio bona eſt, ſed ſi ipſius ſententiæ habeatur ratio, quo pertinet, amabo, στέψον? An eo puerum alloquitur Poëta, qui caput & tempora ſua coronaret? Ne ita ſentias: Nam nihil eſt, quod puerum hic nobis ſiſtere poſſit: Vide, perpende ſingula. In principio Odarii Lyricus dixerat, non puero, ſed ſociis & amicis ſuis,

Τὸ ῥόδον τὸ τῶν Ἐρώτων
Μίξωμεν Διονύσῳ·
Τὸ ῥόδον τὸ καλλίφυλλον
Κροτάφοισιν ἁρμόσαντες,
Πίνωμεν ἁβρὰ γελῶντες.

Ea excipit Roſæ Encomium per modum interjectionis: Tum ſtatim ſequuntur hæcce: In quibus proinde, ut in iſtis ſuperioribus, nullus puero poteſt eſſe locus: Hoc certum & perſpicuum. Sequitur, Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς: An ut Stephano in Verſione Latina placuit, eundem Dionyſium hic compellat, & caput ſibi coronare jubet? Hoc longe adhuc ineptius, ut quiſque animadvertit ſtatim. Et quid igitur dicendum? An balbutiit Poëta, ubi non reſtat alius, quem compellare potuit? Non equidem puto, & culpam iterum in Amanuenſes rejicio, qui male deſcripſerunt, quod ille ſcripſerat recte. Legendum opinor plane,

Στέψον οὖν με, καὶ λυρίζων
Παρὰ σοῖς &c.

ν ante οὖν corripitur ideoque hiat Verſus. Nunc locus ſe recte habet: Quanquam in eo id mihi diſplicet,

Digitized by Google

Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς,
Μετὰ κούρης βαθυκόλπου
Ροδίνοισι στεφανίσκοις
Πεπυκασμένος χορεύσω.

VI. Εἰς τὸ αὐτό.

Στεφάνους μὲν κροτάφοισι
Ροδίνους συναρμόσαντες
Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες·
Ὑπὸ βαρβίτῳ δὲ κούρα
Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας

Πλοκά-

plicet, quod ubi Lyricus antea de ſe & ſodalibus ſuis locutus fuerat junctim, hic illis miſſis nunc loquatur ſeparatim de ſe uno: Nam hoc ſane incongruum eſt, & totam Odarii ſtructuram invertit. Sed id imputandum ipſi Poëtæ, quem ſic apparet non fuiſſe ex optimorum numero. Viſne aliud? Ubi ex dictis liquet, Odarium hoc nullum alium in finem ab Auctore fuiſſe ſcriptum, quam ut eo ſe ſocioſque ſuos ad lætitiam provocaret; non inepte, ſed ineptiſſime inſcribitur Εἰς ῥόδον, cujus Encomium tantum interponitur, ut ſit loco Emblematis. Quare eo abjecto, quod mentem Poëtæ exprimat, ſumere debes.

13. Παρὰ σοῖς, Διόνυσε, σηκοῖς] Verſus Anacreonticus cum duobus Anapæſtis in loco primo & ſecundo: Erunt, qui Δι contrahent in unam Syllabam, ut ſic Jambus exeat: Sed illis non adſentiar.

VI. Εἰς τὸ αὐτό] Peſſima etiam Inſcriptio: Perbene Eruditi Εἰς κῶμον: Non tamen comiſſationis Deum intellige, ſed comiſſationem ipſam.

3. Μεθύομεν ἁβρὰ γελῶντες] Verſus Anacreonticus: Nam Tribrachys in loco primo & ſecundo non peccat. Barneſius de his peſſime: Vident omnes, qui aliquid in his Literis

Digitized by Google

Modulans tuis ut adſtem:
Roſeis comaſque ſertis
Redimitus, atque pulchra
Comitante me puella,
Choreas & ipſe ducam.

De eadem. H. ST.

Roſeis comas corollis
Redimita turba molles
Sociat jocos Lyæo:
Citharas & ad ſonantes
Teneris puella plantis

Agitat

Literis vident, & Camarinam movere nolo.

5. Κατὰ κισσοῖσι βρέμοντας Πλοκάμοις &c.] Sine dubio legendum eſt Κατακισσοῖσι una voce. Hæc autem perbene explicuit Tanaquillus Faber: πλόκαμοι vel πλόκαμοι κατάκισσοι plexus ſunt hederacei, quibus circumvoluti erant thyrſi: βρέμοντας θύρσους elegans eſt, ſi quid aliud: Fremit enim hedera, ſi vel vento vel manu agitetur, & in iſto πλοκάμων hederaceorum βρόμῳ aliqua etiam tripudii venuſtas: Nihil certius. Sunt, qui βρύοντας reponunt pro βρέμοντας: Quo jure nunc vident omnes. Hæc conjectura tamen non eſt inepta; At longe ineptiſſima illa Barneſii, qua κατασκιόεισι, ſi per Verſum liceret, libenter mutatum iret in κατασκίοισι: Nam, mihi credas, nihil alienius ab ingenio Poëtæ vel modice eruditi. Κατάσκιος de ſylva dicitur apud Homerum, Pindarum, Alios; Euripides in Phæniſſis de hedera adhibuit, quæ Bacchum recens natum frondibus ſuis obtexit; Omnes de eo uſurparunt, quod vere umbroſum eſt & Solem excludit: Hinc judicent Docti, quam apte Epithetum hic tribuatur thyrſo, cui πλόκαμοι κατάκισσοι & hederarum ramuli adhærent modo. Sed Criticus ille inepticbat

Digitized by Google

Πλοκάμοις φέρουσα θύρσους
Χλιδανόσφυρος χορεύει·
Αβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος
Στομάτων ἁδὺ πνεόντων,
Κατὰ πηκτίδων ἀθύρων,
Προχέει λίγειαν ὀμφάν.
Ο δ' Ερως ὁ χρυσοχαίτας
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου,
Καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης,
Τὸν ἐπήρατον γεραιοῖς
Κῶμον μέτεισι χαίρων.

Εἰς

tiebat plane, nec ullum habebat judicii uſum.

9. Στομάτων ἁδὺ πνεόντων] Verſus hic videtur tranſpoſitus: Nam ubi ςομάτων ἁδὺ πνεόντων certo certius cohæret cum προχέει λίγειαν ὀμφάν, cur iſta ſeparantur Verſu intermedio? An ut ſonus blandior exiret, vel verborum collocatio melior evaderet? Abſit, abſit. Legendum igitur arbitror,

Αβροχαίτας δ' ἅμα κοῦρος,
Στομάτων ἁδὺ πνέοντων
Προχέει λίγειαν ὀμφάν,
Κατὰ πηκτίδων ἀθύρων.

Sic nihil aptius. Pro ἀθύρων Προχέει in Aliis Libris ſcriptum erat mutato ordine ἀθύρει Προχέων: Non male propter ὁμοιοτέλευτον, quod in lectione vulgata fortaſſe erat nimium. Id autem, ut vides, etiam minus in diſpoſitione noſtra.

14. Καὶ τῆς καλῆς Κυθήρης] Barneſius Μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης: Quod non ineptum eſt, ſed auctoritate caret. Vulgata bona eſt, & Verſus poſtremus etiam a Spondeo incipit: In Libro tamen Vaticano, Καὶ τῆς καλῆς

Digitized by Google

Agitat choros, ſtrepentem
Hederis geritque thyrſum:
Tenero at puer capillo
Simul ore ſuave olenti
Sonat hic modos canoros,
Simul & fides retentat.
Sed & aurea decorus
Veniens coma Cupido,
Comitante cum Lyæo,
Comitante cum Cythere,
Senibus voluptuoſam
Choream lubens frequentat.

In

καλῆς Κυθηρείας: Quod novum videtur Barneſio, non mihi: Nam Anapæſtus in loco tertio Verſus Anacreontici adeo infrequens non eſt. Quare Legem Pediam non violabis, ſi ita legas: Mihi tamen recepta unice abblanditur.

15. Τὸν ἐπιήρατον γηραιοῖς κῶμον] Ineptum Epithetum: Nam comiſſatio non ſolet vulgo pergrata eſſe ſenibus. Sed an forte non omnis intelligitur comiſſatio, ſed ea, quæ hic deſcribitur, ſola? Dubito, & vix credo, quia ad vulgatas comiſſationis leges hæc accommodata ſunt, & generatim dicuntur. Viſne ſcire, quid mea opinione ſubſit? Dicam: Qui hæc ſcripſit, Anacreontem imitatus fuit, & ad indolem ejus attendens de cunctis ſenibus dixit γενικῶς, quod de eo & paucis ei ſimilibus dicendum fuiſſet εἰδικῶς, ſic ipſa nimietate peccans comiter, & ex uno alterove de omnibus judicans.

16. μέτεισι] Codex Vaticanus μεθίησι, quod longe ablegandum eſt ad ipſos corvos.

 1. Ταχιν

VII. Εἰς Ερωτα.

Υακινθίνῃ με ῥάβδῳ.
Χαλεπῶς Ερως βαδίζων
Εκέλευσε συντροχάζειν.
Διὰ δ' ὀξέων μ' ἀναύρων
Ξυλόχων τε ϗ φαράγγων
Τροχάοντα πεῖρεν ὕδρος·
Κραδίη δὲ ῥινὸς ἄχρις
Ανέβαινε· κἂν ἀπέσβην·

O δ'

VII. 1. *Υακινθίνῃ με ῥάβδῳ*] Haud dubie intelligendus eſt floris Hyacinthi ſcapus: Nam quod de coloris Hyacinthini ſceptro narrant Interpretes, ineptum videtur mihi. Cur, quæſo, ſceptrum Cupidinis eo colore infectum? Cur naturalis ligni color mutatus? Nugæ, nugæ. De bacillo, quod ex more geſtabat Cupido, non cogitandum, ſed de bacillo, quod forte fortuna ſumſerat, cum miſellum hunc circumduceret, & iter cum eo ingrederetur: Hoc certum eſt, & facit, ut quicquid de nativo colore mutato, & inducto colore Hyacinthino Viri Eruditi perhibent, non ſit unius aſſis. Nos recte & vere: Scapus Hyacinthi forte fortuna ſtabat in loco, ubi erat Puer, cum hæc urbana & lepida meditaretur: Hunc ſcapum ſumſit, ut ſibi uſui eſſet, eoque ad ſequendum adegit miſerum: Hoc ſatis appoſitum & naturale. Sed inquies, cur præciſe ſcapum Hyacinthi ſumſit, non ſcapum alterius floris? Hoc, fateor, non adeo apertum, ut ſunt multa id genus alia: Quid tamen? Nonne id factum, ut in ſtimulo, quo amans infelix incitaretur, ipſius amoris infelicis eſſent veſtigia & notæ? Hoc non illepidum profecto, & ſatis probabile: Nota eſt pueri Hyacinthi fabella: Hanc refert flos, & ſuggerit floris Hyacinthini ſcapus: Quid quæris? Sic locus eſt perſpicuus, & nihil appoſitum magis.

2. *Χαλεπῶς Ερως βαδίζων Εκέλευσε* &c.] Daniel Heinſius ad oram Li-

bri

Digitized by Google

In Amorem. H. ST.

Hyacinthino bacillo
Adigebat ad ſequendum
Celeri Cupido curſu:
Salebroſa ſed fluenta,
Fruticeta valliumque,
Propere perambulantem
Pupugit latenter hydrus:
Mihi jamque ſubſilibat
Cor ad ima naris uſque:

Ani-

bri correxerat,

Χαλεπῶς Ερως βαδίζοντ'
Εκέλευσε συντροχάζειν.

Quod Barneſius recepit in Contextum. Ego nihil muto: Nam primo Verſus Hypermetri & eliſione truncandi in his Anacreonticis mihi occurrunt nullibi: Dein, βαδίζων longe venuſtius eſt, quam βαδίζοντα. In via difficili progrediens Amor Poëtam jubebat progredi una, & Amorem χαλεπῶς βαδίζοντα debebat ſequi Poëta: Via difficilis hic amorem difficilem notat, qui non ſuccedit ex voto, & ipſe Ερως βαδίζων χαλεπῶς eo pertinet procul omni dubio: Nam Allegoricum eſt, quod hic habemus, ut vel unus Verſiculus poſtremus aperte declarat. Et quid igitur? Nonne ſic ſentis ſtatim, Ερωτα χαλεπῶς βαδίζοντα hic diſerte requiri, ut ratio Allegorica conſtet, & amantem in amore difficili hærentem conſpiciamus? Id ſpero equidem ac confido. Difficultatis nota in Cupidinis greſſu requiritur, ut in amante amor difficilis ſeſe aperiat: Si Ερως non iviſſet χαλεπῶς, & ſolus amans hæſiſſet, in amore facili ſibi ipſe obfuiſſet miſer, & in via plana titubaſſet ultro: Quod certe non voluit Poëta: Ut igitur amorem difficilem & multis laboribus obſeſſum adumbraret, neceſſario ipſum Ερωτα hic χαλεπῶς βαδίζοντα producere debuit: Sic ducem moleſte progredientem ſequebatur moleſte progrediens comes, & Allegoria poterat numeros ſuos habere.

Ο δ' Ερως μέτωπα σείων
Απαλοῖς πλεροῖσιν, εἶπεν,
Σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλῆσαι.

VIII. Εἰς τὸ ἑαυτῦ ὄνειρον.

Διὰ νυκτὸς ἐγκαθεύδων
Αλιπορφύροις τάπησι,
Γεγανυμένος Λυαίῳ,
Εδόκουν ἄκροισι ταρσοῖς
Δρόμον ὠκὺν ἐκτανύειν,
Μετὰ παρθένων ἀθύρων·
Επεκερτόμουν δὲ παῖδες
Απαλώτεροι Λυαίου,
Δακέθυμά μοι λέγοντες,

Διὰ

Quare apage, apage nunc illud βαδίζοντα, quod duce relicto, ad unum comitem ſe applicat male. In Libro Vaticano pro Εκίλευσε ſcriptum Εκίλευε: non minus bene.

9. μέτωπα σείων Απαλοῖς πλεροῖσιν] *Caput quaſſans una cum alis molliculis*, ut facere ſolent, qui aliquid improbant & ſibi diſplicere innuunt: Nihil frequentius in vita communi. μέτωπα poſitum eſt pro κεφαλὴν, pars capitis pro toto capite. Stephanus hic, *Teneris mihi ſed alis Agitans Cupido frontem*: Barneſius, *Amor itaque frontem mihi refrigerans mollibus cum alis*: Quæ ab indole utriuſque Sermonis deſciſcunt. Ut hic habemus μέτωπα σείων ἀπαλοῖς πλεροῖσιν, ita Ode 22. ſimiliter plane,

Απα-

Digitized by Google

Animamque reddidiſſem;
Teneris mihi ſed alis
Agitans Cupido frontem
Ait, Ergo amare diſce.

De ſuo ſomnio. H. AN.

Tyrio in tapete noctu
Facili fruens ſopore,
Hilaratus ante Baccho,
Mihi cum puellularum
Grege luſitans videbar
Celeri volare curſu.
Ibi vero molliores
Pueri bono Lyæo
Mihi virgines ob illas

Probra

Ἀπαλὰς σεῖο δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.

Alia prætereo: Notiſſima eſt Græcis locutio.

11. Σὺ γὰρ οὐ δύνῃ φιλῆσαι] Quia ſtatim animi deliquium pateris, & laboribus ferendis impar es, tu, O miſelle, neque amare potes nunc, neque amare poſthac addiſces unquam: Hoc ipſo hoc experimento ſcio. Ita accipiendum eſt Cupidinis dictum, quod totius Odarii ſententiam aperit. Faber aliique Interpretes male. Ex animi deliquio colligit, quid de amante ſentiendum ſit, non objurgat miſerum, aut amori operam dare jubet porro.

VIII. 5. ἐκτανύειν] Penultima producitur: Quod ſatis inſolens eſt.

10. Διὰ

Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας·
Εθέλοντα δὲ φιλῆσαι
Φύγον ἐξ ὕπνȣ με πάντες·
Μεμονωμένος δ' ὁ τλήμων
Πάλιν ἤθελον καθεύδειν.

IX. Εἰς περιστεράν.

Ερασμίη πέλεια,
Πόθεν πόθεν πέτασαι;
Πόθεν μύρων τοσούτων,

Επ'

10. Διὰ τὰς καλὰς ἐκείνας] Invidia ſcilicet laborabant pueri, quia puellas nunc ardentius cupiebat Poëta.

11. Εθέλοντα δὲ φιλῆσαι] Verſus Anacreontico æqualis ex Pæone tertio & Jonico a minore. Qui δὲ ante φιλῆσαι producunt, ſplendide nugantur: Nam litera φ nunquam producendi facultatem habuit. Barneſius hic dupliciter errat: Nam & vocalem brevem ante φ producit, & nihilo minus legendum eſſe cenſet, Εθέλοντα δ' αὖ φιλῆσαι, ut ſic *repetitio quædam notetur:* Quod adeo ineptum, ut nihil magis: Nam ubi baſium præceſſit, ut baſio repetito hic locus eſſe poſſit? Adhæc, ſi Græca ita conſtituit, ut repetitio adeſſet, cur ea ita Latine vertit, *Volentem deinde oſculari?* An *deinde* repetitionem ſuggerit, & ſic Latina Græcis ſunt conſona? Vah ineptiæ, quæ ſtomachum mihi cient. Visne aliud miſſis illis? Si paulo ante ἐκπιεῖν penultimâ productâ tibi videatur nimis inſolens, Verſum iſtum etiam pro Verſu ἰσοδύναμον habere potes ex Pæone tertio & Choriambo. Sume, quod placet: In eodem Odario Verſus alter alterum adjuvat, & nihil eſt, quod ita ſentire prohibet.

12. Φύγον ἐξ ὕπνȣ με πάντες] Et pueri & puellæ: Genus honoratius adhibet, quanquam de puellis locutus fuerat προηγουμένως. In Libro Vaticano alia eſt verborum ſtructura:

Digitized by Google

Probra rurſus ingerebant:
Volui ſuaviari: at
Subito excitum relinquunt.
Ita vero deſtitutus
Repeto miſer ſoporem.

De Columba. H. ST.

Amabilis columba,
Unde unde pergis, aut quo?
Tot unde nunc odores,

Huc

ctura: Legitur enim,

Ἐθέλοντι δὲ φιλῆσαι
Φύγον ἐξ ὕπνου μοι πάντες.

Et hoc paulo figuratius eſt & bonum, ſed vulgato minime præferendum: Nam ut nihil aliud dicam, cur pro Jambo in locum tertium inducemus Spondeum?

IX. 1. πέλεια] Liber Vaticanus πελία: Ita Amanuenſes, ut nemo neſcit, millies.

2. Πόθεν, πόθεν πέπασαι] Hoc leviter corruptum eſt noſtro ſcribendi more: Nam πέτασαι eſt ſecunda perſona verbi πέταμαι, quæ mediam producere non poteſt, ut ſciunt omnes, qui verborum menſuram tenent. Scribendum igitur πιέζεσαι: πιέζομαι idem, quod πέταμαι: Iſtius verbi ſecunda perſona apud Græcos Antiquiores fuit πετᾶσαι pro πετάῃ & πετᾷ Recentiorum: Nihil notius. Jones id mutarunt in πετῆαι, quod ego non commendarem hic, etiamſi paulo accuratioris Jonismi habenda eſſet ratio, quia durius certe ad aures accedit: Elegantiores ſentiunt. Quid autem Barneſius? Miſer ille πέτασαι habens pro eo, quod revera eſt, in gratiam Metri legebat πέτασσαι: Quod ego non magis novi, quam δύνασσαι, ἄρνυσσαι, aliaque iſtius generis: Scilicet σ in iſtis perſonis temporibuſque geminare non ſolent Græci.

3. Πόθεν μύρων τοσούτων] Pro μύρων τοσούτων Jacobus Tollius in Notis

ad

Digitized by Google

Επ' ἠέρος θέουσα,
Πνέεις τε καὶ ψεκάζεις;
Τίς ἐςι, σοὶ μέλει δέ;

Ἀνα-

ad Auſonium legit μύρων τοσοῦτον: Quod ego non improbo, quia ſic voces illæ ad verbum utrumque, πνέεις καὶ ψεκάζεις. ſe applicant junctim, ſententiamque efficiunt pleniorem: Hoc vident Periti. Locus Plutarchi in Vita Phocionis, quem adducit Vir Doctus, Πάνυ γοῦν, ἔφη, πρέψειεν ἄν σοι, μύρου τοσοῦτον ὄζοντα, καὶ χλαμύδα τοιαύτην φοροῦντι, συμβουλεύειν Αθηναίοις περὶ φιδιτίων καὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπαινεῖν, nihil ad rem facit: Nam alia indole eſt, & pro μύρου τοσοῦτον ibi fortaſſe emaculatius legeretur μύρον τοσοῦτον, ubi ſimiliter plane ſequitur τοιαύτην χλαμύδα: Et ſane, ut ex Libello Variarum Lectionum diſco, ita Codices quidam Antiqui. Sed hoc leve & nihil etiam ad locum hunc, in quo unum ψεκάζεις ſuſpiciunculæ non ineptæ cauſam agit.

4. θέουσα] MS. Vatican. corrupte θέουσα.

6. Τίς ἐςι, σοὶ μέλει δέ] Verſus difficilis, de quo Alii alia: Videamus breviter: Henricus Stephanus legendum ſuſpicabatur,

Τί δ' ἐςί σοι μέλημα;

Quod calculo ſuo probavit Tanaquillus Faber: Non adſentior: Nam ſic ex quovis facere poſſumus quidvis. Baxterus paulo propius ad literarum veſtigia, ſed inconcinne,

Τίς ἐςί σοι μεληδών;

Nam Τίς ἐςι abſque δὲ vel alia particula copulante hic merum rus olet. Anna Tanaquilli Filia,

Τί δ' ἐςί σοι; μέλει δέ.

Quod longe frugalius certe eſt, ſed mihi etiam lenocinari non poteſt: Nam quis τί δ' ἐςί σοι pro *quid tibi negotii eſt*, ita nude dixit unquam? Quam ingratum vero eſt illud μέλει δέ, ubi τί δὲ jam præceſſit? Ego certe adeo contorta & ſcabra in Odario tam facili & venuſto non tolero. Accedit etiam aliud, quod non modo hanc conjecturam Fœminæ Eruditæ, ſed duas quoque Baxteri & Stephani præcedentes æqualiter tangit: Id ſcilicet tres illæ inter ſe habent commune, quod verba hæc cum præcedentibus connectant, & ſic tribuant ei, qui Columbam alloquitur: Quo admiſſo, mox perquam abrupte ſequitur oratio ipſius Columbæ, & illud Ανακρέων μ' ἔπεμψε, quod certe aliquid requirit, quod loco Procemii ſit: Attende, hoc perſpicuum eſt, & non modo tres illas ſuſpiciunculas convellit, ſed alias etiam omnes, quæ ad eandem amuſſim factæ ſunt. Jacobus Tollius in Notis etiam ad Auſonium,

lege-

Digitized by Google

Huc advolans per auras
Spiraſque depluiſque?
Eho, quid iſtud ad te?

Ana-

legebat, hic,

Τίς εἶς; τί σοι μέλει δέ;

Ut nihil dicam de Τίς εἶς, quod nimium ſane ingerit, ubi Ερασμίη πέλεια cum aliis ſibi adjunctis præceſſit, iſta ſuſpicio prava & incongrua quoque eſt, quia proloquium tollit, quod oratio Columbæ deſiderat, ne jejuna ſit. Et hoc ſine dubio etiam obſervatum Scaligero, qui cum verba hæc in Editione Roberti Stephani ita repperiſſet diſtincta,

Τίς ἐστι; σοὶ μέλει δέ;

ideo Columbæ ea adſcripſit, & ita Latine explicuit, *Cupiſne ſcire, quis ille ſit, a quo miſſa ſum? Si hoc velis, ſcias me ab Anacreonte miſſam:* Satis acute profecto & ingenioſe. An hoc igitur ſequemur, & diſtinctione mutata ne literam mutabimus? Vellem, liceret: Nam corrigere non amo, quæ aliquo modo ſeſe tueri poſſunt: Sed non licet hercule, alioque abducimur vel inviti: Τίς ἐστι; Vir Eruditus explicat, *quis ille, a quo miſſa ſum?* Id Græca non patiuntur: Nam quo reſpicit τίς? Quicquamne præceſſit, quod expoſitionem illam ſtatuminare poteſt? Nihil ſane, nihil: Si δεσπότης, ſi πέμψαν, aut ſimile quid præcederet, nihil melius, nihil accommodatius foret: Nam ſic vox ſubaudienda facile haberi poſſet: Nunc nihil durius, nihil coactius: Hoc vident omnes, qui oculis non ſunt capti & verba modo legunt. Et mittamus igitur Criſin quoque hanc, cui ſimilis eſt altera Daviſii, qui ad Ciceronis Philoſophica ſcribendum cenſuit,

Τίς ἐστιν, τί μέλει δέ·

ea Columbæ etiam tribuens. Quid autem de Barneſio dicam? qui Verſum ita conſtituit,

Τίς ἐστί σοι; μέλει δέ.

Scaligerum ſecutus fuit Criticus Eximius in eo, quod pravum eſt, reliquit vero in eo, quod bonum: Faceſſant ineptiæ, & dicamus tandem ſententiam noſtram: Locus haud dubie eſt corruptus, & ſcribendum opinor plane,

Τίς εἰμὶ, σοὶ μέλει δὲ;
Ανακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι &c.

Columba loquitur, & rogat ſtatim, *Viſne ſcire, quæ ſim?* Quod adeo concinnum, ut nihil magis: Nam ſic aliquid habemus, quod loco Procemii eſt, & præcedentibus non modo apte ſubjicitur, ſed ſequentibus etiam apte præponitur: Viſne ſcire, quæ ſim? Anacreon me miſit,

Ἀνακρέων μ' ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.
Πέπρακέ με Κυθήρη
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον·
Ἐγὼ δ' Ἀνακρέοντι
Διακονῶ τοσαῦτα·
Καὶ νῦν οἵας ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω·

Καί

ſit, Anacreontis ſum miniſtra, quam ſibi comparavit ab ipſa Venere; & reliqua, quæ de vita & vitæ conditione enarrat latius: Attende; nihil convenientius eſt: Adjuvat autem *τίς εἰμὶ* non modo *προσωποποιΐαν*, quæ in his utramque paginam efficit, ſed etiam verba hominis rogantis & Columbæ reſpondentis ita accurate diſcriminat, ut nulla ne minima ambiguitas reſtet: Quod certe in vulgata ſcriptura & aliorum conjectatiunculis ſecus eſt. Illud uno verbo addam: Verſio Henrici Stephani, *Eho, quid iſtud ad te?* lectionem vulgatam reſpicit, quam ita liberius reddidit in dubio: Nam ipſam ejus conjecturam recte explicuit Faber, *Quæ tibi cura eſt? quid eſt, quod nunc agas?* ut verba aperte declarant, & omnes, qui Græce ſciunt, intelligunt ſtatim: Moneo in gratiam rudiorum, qui cæſpitare poſſent.

11. *Πέπρακέ με Κυθήρη*] An Verſus conſtat ex Pæone ſecundo & Bacchio? Si ita ſentire velis, per me licet; ego tamen cum Tanaquillo Fabro hic legere malo,

Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,

Ut ſic Verſum habeamus Anacreonticum.

12. *Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον*] Non Hymnum *ἁπλῶς*, ſed Emphatice parvum & exiguum Hymnum: Quid tibi videtur? An homo non ineptus ita loquetur de ſe ipſo, & tanti æſtimabit ſua? Vix puto, ipſeque

Digitized by Google

Anacreon ſuum me
Huc miſit ad Bathyllum,
Illum Bathyllum, ubique
Qui regnat imperatque.
Me parvulo Cythere
Addixit hymnulo illi.
Sic ergo Anacreon me
Nunc utitur miniſtra:
Et en vides ut ejus
Iſtas fero tabellas,
Brevique pollicetur

Me

que Anacreon cultior & lepidior, quam ut ita inſanierit. Quare, dicam libere, Odarium hoc non ab eo, ſed alio docto & bellatulo Vate, compoſitum eſſe auguror plane.

14. Διακονῶ τοσαῦτα] *Ea & tanta miniſtro:* Referenda hæc ad præcedentia illa,

Ἀνακρέων μ᾽ ἔπεμψε
Πρὸς παῖδα, πρὸς Βάθυλλον,
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.

Sic enim venuſte & apposite ſequuntur: In iſtis non exigui momenti verſatur miniſterium meum: Mittor ad puerum, & quidem puerum, qui nunc omnium Imperator eſt & Dominus: Emphaſin inſignem habet τοσαῦτα, quod relativum eſt, non demonſtrativum, ut loquuntur. Et hoc diligenter obſervandum, quia in ſequentibus cæteroquin hærebit aqua.

15. Καὶ νῦν οἵας ἐκείνου Ἐπιστολὰς κομίζω] Illud οἵας defendit Tanaquillus Faber cum Filia ſua, & δεικτικῶς hic accipiendum eſſe ait, ut ſæpius alibi: Quid dicam? Didici Græca, ſed ſignificationem illam non didici: Quare gratias apud me iniviſſet & Pater & Filia, ſi loco probati Auctoris eam confirmaſſent: Nunc exemplum enim deſidero, & donec illud allatum fuerit mihi, locum de vitio habebo ſuſpectum. Hæc autum penuria momordit etiam Stephanum, qui ſine dubio ea, non alia de cauſa, legendum ſuſpicabatur

Digitized by Google

Καί φησιν εὐθέως με
Ἐλευθέρην ποιήσειν·
Ἐγὼ δὲ, κἢν ἀφῇ με,
Δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
Τί γάρ με δεῖ πέτεσθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγροὺς,
Καὶ δένδρεσιν καθίζειν,
Φαγοῦσαν ἄγριόν τι;
Τανῦν ἔδω μὲν ἄρτον,
Ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀνακρέοντος αὐτοῦ·
Πιεῖν δέ μοι δίδωσι

Τὸν

tur olim,

Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω.

Erudite, ita vivam ac valeam, & ingenioſe: Nam ſimpliciſſimum eſt ὁρᾷς, & adeo appoſitum, ut nihil excogitari poſſet magis: Quid autem facilius, quam unicam literulam mutare leviter? Sane hæc conjectura ita abblanditur, ut ſi ipſa lectio vulgata evidenter non probetur mihi, omnes alias præ ea deſpiciam lubens: Heinſius Pater ad Oram Codicis ſui conjecerat,

Καὶ νῦν ἰδοῦ' ἐκείνου
Ἐπιστολὰς κομίζω.

Id longe deterius eſt, & iſtis lenociniis hercule caret: Ad Elegantiorum provoco tribunal. Illud notandum: ὁρᾷς demonſtratio eſt & ipſas Literas exhibet: Hoc minus appoſitum foret, ſi præcedens τοσαῦτα eadem facultate eſſet præditum: Nam duplex demonſtratio nimium ingereret, & altera obeſſet alteri. Atque hinc eſt, quod τοσαῦτα paulo diligentius antea explicuimus: Eo enim ad ſuperiora relato, nihil revera accommodatius aut venuſtius: *In iſtis verſatur miniſterium meum;*

&

Digitized by Google

Me liberam futuram:
Veruntamen manu me
Ut mittat, ejus uſque
Manere ſerva malo.
Nam quid neceſſe montes
Circumvolare & agros,
Et inſidere ramis,
Baccas edentem agreſtes?
At nunc mihi poteſtas
Raptum ex Anacreontis
Manu comeſſe panem:
Vinum biboque ſolum,

Quod

& nunc Literas, ut vides, ejus porto. Sic ſingula cohærent apte: Cave igitur, cum Tanaquillo Fabro vocem τοσαῦτα ibi explices δεικτικῶς. De Barneſii *qualesquales* non loquor hic: Ineptiſſima eſt & plane commentitia vocis οἴας interpretatio: Id ſentiunt omnes, quibus cor recte ſalit.

21. Τί γάρ με δεῖ πέτεσθαι] Ita Henricus Stephanus: Editores ſecuti πέτασθαι.

23. Καὶ δένδρεσιν καθίζειν] Procul dubio ita legendum eſt, ſi Verſum Anacreonticum habere velis: Stephanus ex Libris perperam edidit δένδρεσι, & de ν ἐφελκυστικῷ notavit, quæ tutius tacuiſſet: Hoc certum & dubii expers. Viſne aliud? δένδρεσιν καθίζειν ſubaudita præpoſitione ſcriptum pro ἐν δένδρεσιν καθίζειν: Quod improbum non eſt, ſed durum. Et quid igitur? Nonne legendum?

Κἀν δένδρεσιν καθίζειν,

Id perquam probabile: κἀν pro καὶ ἐν: Sic Odario 34. κἀν στεφάνοισιν habemus pro καὶ ἐν στεφάνοισιν, ut alia prætercam ſatis nota: Poſſet etiam ſcribi,

Καὶ

Τὸν οἶνον, ὃν προπίνει·
Πιᾶσα δ' ἂν χορεύσω,
Καὶ δεσπότην Ανακρέοντα

Πτε-

Καὶ 'ν δένδρεσιν καθίζειν,
Sed id paulo inuſitatius foret.

30. Πιᾶσα δ' ἂν χορεύσω] Barneſius vertit, *Ut vero biberim, forſan ſaltabo:* Quam inſulſe, vix dicam tibi: Ubi in Græcis eſt *forſan*? Quid eſt, quod illud promittat, quod illud requirat? An abſolute *ſaltabo* dicere non licebat Columbæ? An herus moroſus ſaltantem forte mala manſione mulctaverat, & ideo ita ambigue de ſaltatione loquebatur miſella? Abſit, abſit. Et mittamus tamen illud *forſan*; quid, quæſo, eſt *ſaltabo* hic? Nonne Columba narrat, quid facere ſolebat quotidie, non quid factura erat aliquando? Id ſingula certe probant. Apage, apage igitur nugas: Dicam tribus verbis, quod verum eſt, & olfacere non potuit bonus, quia nares habebat obeſas: Græca laborant leviter, & ſcribendum eſt,

Πιᾶσα δ' ἂν χορεύω.

Quod Latine valet, & Latine vertendum eſt, *Ut vero bibi, libens & alacris ſalto:* Sic nihil appoſitum magis, ſive verba, ſive ſententiam ſpectes: ἂν δυνητικὸν eſt, & venuſte indicat, Columbam tunc demum & ſaltare velle, & ſaltare etiam poſſe, cum vinum ſibi a ſuaviſſimo Anacreonte porrectum, avide exhauſerat: Illud vinum ad ſaltandum excitabat molliculam: Abſque eo vix ſaltare poterat, aut ſaltare cupiebat: Nihil ſuavius. Sequitur altero Verſu abhinc,

Πτεροῖσι συγκαλύψω·

Id eodem vitio laborat, & eodem modo corrigendum eſt: Nam quid συγκαλύψω, ubi præceſſit χορεύω? Lege, & lege abſque mora,

Πτεροῖσι συγκαλύπτω.

Sic amice cohærent, quæ diſſidere non poſſunt. Illud non prætereundum eſt: Verſio Stephani hic habet,

Sin forte pota ſalto,
Pennis Anacreonta
Herum meis obumbro:

Ad quorum normam ſi Græca redegiſſet ille, ſcribere debuiſſet,

Πιᾶσα δ' ἂν χορεύω,
Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πτεροῖσι συγκαλύπτω·

ἂν videlicet ſic poſitum fuiſſet pro ἐὰν, & a conditione pependiſſet oratio: Quod ut longe melius eſt tralatitiis nugis, ita nemo ſanus præferet lectioni a nobis reſtitutæ. In Libro Vaticano pro συγκαλύψω erat συσκιάζων: Non male, ſi demta litera poſtrema ſcribas συσκιάζω.

31. Καὶ δεσπότην Ανακρέοντα] Anapæſtus in loco tertio Verſus Hemijambici conſiſtere poteſt: Hoc certum

Digitized by Google

Quod ipſemet propinat.
Sin forte pota ſalto,
Pennis Anacreonta

Herum

certum & extra dubitationis aleam poſitum eſt: Sed duplex incommodum hic: Primum, quod omnes pedes ſint Diſyllabi, ne unus Triſyllabus, in toto hoc Odario: Scripturæ enim Verſûs 11. ambigua eſt, & ut mihi videtur, leviter corruptá. Alterum, quod Anapæſtus haberi non poſſit, niſi facta Synizeſi, & Ἀνακρέον contracto in Ἀνακρον. Jam autem durum eſt, in uno Verſiculo admittere, quod in nullo alio locum habet, & plusquam durum idipſum in Tetraſyllabo quærere: Hoc certum quoque & perſpicuum. Atque hinc eſt, quod certatim ad hæc tentanda convolaverint Viri Eruditi, etiam illi, qui de Anapæſto hic cogitabant ſerio: Videamus quædam: Omnia enim referre nolo, quia in illis non pauca ſunt, quæ male olent & ipſis naribus officiunt. Henricus Stephanus in Prima Editione ſua legendum ſuſpicabatur,

Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πτεροῖσι συγκαλύψω.

& nomen Ἀνακρέοντα ex Scholio irrepſiſſe putabat: Quod multis ſane perſuaſit, ſed mihi hactenus perſuadere non potuit, aut in poſterum perſuadebit: Nam ubi indubitatum & evidens eſt, de Anacreonte hic agi, & quidem uno ac ſolo, nemo, utut miſere diligens, ad vocem δεσπότην interpretationis loco adſcribere potuit nomen, inprimis ubi id jam præceſſerat toties: Hoc manifeſtiſſimum eſt, & qui ejusmodi Scholia ſibi confingit, nullo negotio etiam faculas ſibi confingere poteſt, quæ medio die accendantur Soli: Quare ineptum certe eſt, quod de Scholio ſuſpicatus fuit Vir Eruditus. Hoc autem poſito, rogo omnes, ut mihi dicant, quo modo Ἀνακρέοντα irrepere potuerit in locum vocis ἐμοῖσι aut alterius ſimilis: Et hoc nemo præſtabit, opinor, aut præſtare poterit unquam: Ea igitur conditione non utar. Idem Stephanus in Editione Poëtarum Lyricorum, quæ poſt editum Anacreontem prodiit, ſcribendum conjiciebat,

Πιοῦσα δ' ἂν χορεύσω,
Πότην Ἀνακρέοντα
Πτεροῖσι συγκαλύψω.

Quæ lectio ad lectionem illam accedit, quam nos in Notula præcedénti ex Verſione ejus Latina elicuimus: Hoc vides. Quid autem? An ea melior eſt alterâ? Abſit, abſit: Nam primo mutatio etiam eſt nimia, neque Πότην pro Καὶ δεσπότην ego arbitrio meo legere velim:

Πτεροῖσι συγκαλύψω·
Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε·

Λαλι-

Dein, prior illa audacia ſententiæ non oberat, hæc verò poſterior ſententiam plaue corrumpit: Nam quid πόϑην Ανακρέοντα hic, ubi de ſtudio bibendi non agitur in hoc Odario, ſed de ſtudio amandi? Nugæ, nugæ. Joſephus Scaliger ad Oram Libri adſcripſerat,

Καὶ δεσπότην Ἀνάκρεων,

quaſi ὑποκοριστικὸν nominis hic dediſſet Poëta pro ipſo nomine: Lepidum eſt Hominis Eruditi commentum, ut multa alia ſunt ejus: Nam illud Ἀνάκρεων plane exemplo caret, & quæ de iſtis ὑποκοριστικοῖς narrantur vulgo, caute & cum mica ſalis accipienda ſunt: Qua de re Nos accuratius & commodius alibi. Gallus mihi ignotus legebat,

Καὶ δεσπότην γέροντα.

Quod nimis etiam diſtat a ſcriptura vulgata, & occulto præterea laborat vitio: Quid enim? An Anacreon ſenex & decrepitus amavit Bathyllum? Credat Judæus apella, non ego. Notiſſimum eſt illud Horatii,

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teïum:

Qui certe id ſcripſit minime Senex, & quod ego credere nolo, crediſſet etiam neutiquam: Quare neque illud probare poſſum ullo modo. Alia prætereo lubens: Nam ut antea monui, hircum olent & naſo incommodum creant. Quid faciendum? Dicam: Durum eſt illud vulgatum, Καὶ δεσπότην Ανακρέοντα, & nimis ſane durum, quam ut commode ſervari poſſit: Hactenus enim a me impetrare etiam non potui, ut in hoc uno Verſiculo admitterem, quod in omnibus aliis tam accurate & tam anxie vitavit Poëta. Quid igitur? Aut Libri alii ſunt exſpectandi, qui lectionem meliorem exhibeant, aut ſcribendum eſt plane,

Καὶ δεσπότην Κρέοντα
Πτεροῖσι συγκαλύπτω.

Quod ſatis facile profecto & ſatis appoſitum: Κρέων & Ανακρέων haud dubie unum idemque ſonant, & ab antiquo κρέω originem ducunt ambo: Quid igitur? Cum integrum Ανακρέοντα in Verſum ingredi non poſſet, mutilatum Κρέοντα ſumſit Lyricus, ut Metro morem gereret, & ſic ſimul ad nomen heri alluderet regale, in eo elegantiam ſibi quærens blandam: δεσπότης κρέων, dominus

Herum meis obumbro:
In ejus & reclinans
Me barbito, quieſco.
Hæc ſumma: jam valeto.

Tu

minus mihi inſtar Regis colendus: Δεσπότης Κρίων, ipſe dominus Anacreon: Acumen eſt ſatis venuſtum, & tales mutilationes Nominum propter Metri neceſſitatem apud Poëtas occurrunt plures, ut Eruditi ſciunt. Quid autem pronius fuit Scribis, quam pro Κρίοντα pingere Ἀνακρέοντα, ubi de Metro nihil tenebant illi, & acumen jam explicitum non ſentiebant boni? Hercule, hoc adeo proclive, ut nihil magis. Sic Scholio etiam, ſi vis, locus eſſe potuit, & ex Scholio vitium enaſci: Nam vel integrum mutilato, vel proprium adjectivo adſcripſerit manus non indocta: Vides? Hæc belle quadrant. Quare vel hoc verum eſt, omneſque in poſterum ſequi debent, vel ut dixi, exſpectandum, donec Libri reperiantur, qui veriora & certiora tradant: Tertium non datur, & horum alterutrum ſumendum eſt. Scimus, Verſus Trochaicos aliquando Jambicis fuiſſe interſperſos in his Odis: Quod ſi hic factum quoque videri poſſet, facillima mutatione ſcribere paratus eſſem,

Δεσπότην τ' Ἀνακρέοντα
Πτεροῖσι συγκαλύπτω.

Sed unum Trochaicum puriſſimis Hemijambis interponere, non minus durum foret, quam in uno loco tertio admittere Anapæſtum Synizeſi quæſitum: Quare ſicuti hoc probare non audeo, ita neque illud; & ſtatim ad unum ex iſtis duobus redire cogor.

33. Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω] Barneſius pro ἐπ' αὐτῷ legebat ἐπ' αὐτοῦ, quia apud Stephanum ſimile quid invenerat in Verſione: Homo lepidus eſt ac comis, inprimis ubi Emphaſin, quæ in vulgata ſcriptura eſt, deprehendit ipſe: Ne iraſcamur igitur ei. Attende autem ad illud καθεύδω, quod noſtrum χορεύω & συγκαλύπτω arctiſſime amplexatur.

35. Ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε] Neſcio, an ſatis conveniens ſit illud ἄπελθε: Prætervolat Columba, ut literas Anacreontis ad Bathyllum perferat: Hanc compellat homo mihi ignotus, & in medio itinere detinet: Narrat Columba, quæ ſint vitæ ſtudia, & poſtquam omnia accurate expoſuit, ait, Ἔχεις ἅπαντ', ἄπελθε: Rogo, an hoc appoſitum ſit, ubi Columba properare debebat, ut quam celerrime literas perferret,

ferret,

Digitized by Google

Λαλιςέραν μ' ἔθηκας,
Ανθρωπε, καὶ κορώνης.

X. Εἰς Ερωτα κήρινον.

Ερωτα κήρινόν τις
Νεηνίης ἐπώλει·
Εγὼ δέ οἱ παραςὰς,
Πόσȣ θέλεις, ἔφην, σοὶ
Τὸ τευχθὲν ἐκπρίωμαι;
Ο δ' εἶπε Δωριάζων,
Λάβ' αὐτὸν, ὁππόσȣ λῇς·
Ομως δ' ἂν ἐκμάθῃς πᾶν,

Οὐκ

ferret, ipſamque moram commiſſam emendaret, alter autem ille nullis negotiis diſtinebatur, & ubi erat, ocium agebat modo? Neſcio, quid Alii dicturi ſunt, mihi certe ἄπελθε minus arridet, ubi ad ſingula paulo accuratius attendo: Quid multa? Fallor, aut ipſe Poëta ſuaviculus ſcripſit,

Εχεις ἅπαντ', ἄπελθε·
Λαλιςέραν μ' ἔθηκας,
Ανθρωπε, καὶ κορώνης.

Sic nihil accommodatius. Nuncius debebat ἀπελθεῖν, non homo ocioſus, qui ibi poterat manere, ſi vellet: Convenientiſſimum igitur eſt ἄπελθε; neque aliter loqui ſolent homines in vita media, quando fabellis tempus peſſime diſperdiderunt: Sciunt Lepiduli, & millies id audivimus ipſi: Quare de hac ſuſpiciuncula vix dubitare poſſumus. Illud addendum uno verbo: Qui Columbam alloquitur, homo eſt mihi ignotus, ut modo dicebam: Amicus fuerit Anacreontis, per me licet: Ita ſentire poſſumus, ut tamen in dubio non excludamus quemvis alium, vel civem, vel hoſpitem, qui Columbam prætervolan-

Tu me loquaciorem
Cornice reddidiſti.

De Amore cereo. E. AN.

Dum cereus cuidam
Venundatur Cupido,
Amice, dicito, inquam,
Quanti indicas Amorem
Iſtum mihi, politum
Opus tuum? Ille vero,
Quanti velis habe, inquit:
At rem ſcias ut ipſam,
Nil cereum ipſe fingo,

Sed

volantem videre potuit in loco, ubi hæc agebantur: Nam ipſum indefinitum id aperte requirit. Quid autem Barneſius? Ipſum Anacreontem, ſed ignotum, cum Miniſtra ſua confabulari, eamque accuratius de ſeipſo interrogare cenſet: Quod adeo mirum & novum, ut præter ipſum Barneſium, & paucos oppido, qui Barneſium referunt ingenio ſuo, nemo extiturus ſit, opinor, qui ita ſentiat: Hoc certum & perſpicuum.

X. 3. Ἐγὼ δέ οἱ παρεστὰς] Nota hiatum: Nam vitium non ſubeſt: Spiritus tamen aſper hunc tolerabiliorem efficit: Alias forte plura.

5. Τὸ τευχθὲν] Liber Vaticanus Τὸ τυχθὲν, quam διττολογραφίαν in ſuis etiam invenit Stephanus: Utrumque dicitur, ut nemo neſcit.

7. Λάβ' αὐτὸν, ἐκπόσου λῇς] Mallem ὁππόσω: Nam ad Doriſmum hæc redigenda ſunt exacte.

8. Ὅμως δ' ἂν ἐκμάθῃς πᾶν] Tanaquillo Fabro placebat,

Ὅπως δ' ἂν ἐκμάθῃς πᾶν,

Quæ elegans eſt lectio: Nam ὅπως perquam accommodum eſt, & ἂν ſic venuſte vel δυναμικῶς vel παραπληρωματικῶς

Digitized by Google

Ουκ εἰμὶ κηροτέχνης,
Αλλ' ἐ θέλω συνοικεῖν
Ερωτι παντορέκτῃ.
Δὸς ἐν, δὸς αὐτὸν ἡμῖν
Δραχμῆς καλὸν σύνευνον.
Ερως, σὺ δ' ευθέως με
Πύρωσον· εἰ δὲ μὴ, σὺ

Κατὰ

πληρωματικῶς apponitur: Sciunt omnes, qui in Græcis non ſunt hoſpites. Et hoc igitur unice probarem, ſi aliud non attuliſſet Scaliger: In Libro Vaticano ſcriptum eſt, Ομως δ' ἄν ἐκμάθῃς νιν: Ex eo elicuit Vir Eruditus,

Ομως δ' ἴν' ἐκμάθῃς νιν.

Quæ lectio nunc conſideranda venit: Pro πᾶν ille ex Libro Vaticano, ut vides, νιν: Utrum melius? νιν Cupidinem reſpicit, πᾶν rem omnem, de qua agitur. Dicam breviter: νιν longe ineptiſſimum eſt, πᾶν longe aptiſſimum: Quid, quæſo, hic faciat privum νιν, ubi continuo ſequitur, Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνης? Idne Cupidinem reſpicit? Idne præſtat, quod νιν promittit? Adhæc, alia ſequentia nonne venditorem etiam tangunt propius, quam mercem malam, ubi una vox παντορέκτῃ eam deſcribit tantum? Ineptus ſit hercule, oportet, qui poſthac lectionem arripiat, quam ineptientes Librarii procuderunt ſine dubio. Aptiſſimum eſt πᾶν: Rem omnem tribus verbis exponeret venditor, acciperet emtor: Nihil convenientius, nihil ſimplicius: Hoc igitur primum. Quid de altero dicendum? ὄμως δ' ἴν', an ὅπως δ' ἄν præſtabit? Et hoc certe ambiguum: Appoſitum eſt, quod Faber, appoſitum eſt, quod Scaliger dedit: ὄμως enim mire etiam quadrat, & ἵνα non difficilius ex ἄν producitur, quam ὅπως ex ὄμως. Quid dicam? Hic quiſque eligere debet, quod ſibi maxime placet: Nunc ὄμως facit, ut Scaligero accedam, nunc ὅπως ἄν, ut Tanaquillo: Incerti nempe ſumus, & in vere ambiguis hæremus. Alterutrum certe recipiendum: Nam qui vulgatam ſcripturam ſervant, dicam uno verbo, invito Apolline nati ſunt.

9. Οὐκ εἰμὶ κηροτέχνης] Recte Barneſius conjicit,

Οὐκ ἐιμὶ κηροτέχνας.

Ut

Sed ferre nolo Amorem
Domi, omnium appetentem.
Da vero, da mihi, inquam,
Drachma: cubabit iſte
Mecum puer venuſtus.
At tu ſtatim, Cupido,
Amabo, fac caleſcam:
Nam ſi negabis, ipſe

Flam-

Ut Idiotiſmi habeatur ratio.

10. Ἀλλ' ὐ θέλω συνοικεῖν] Barneſius συνοικῆναι Recte etiam. Mirum, quod pro ὐ θέλω ſic eodem impetu non repoſuerit οὔ τι λῶ: Nam λῶ apprime Doriſmum ſapit recteque præceſſit, τι autem gemmulam continet, quam Poëtæ, quotquot ſunt, loculis ſuis incluſerunt millies: Sciunt Græce docti, neque neceſſe, ut Pleonaſmum elegantiſſimum exemplis illuſtrem. Et cur igitur Barneſius ita non correxit? An id nimis venuſtum pro hominis captu? Ita videtur ſane.

11. Ἔρωτα παντορέκτην] Hic iterum Barneſius perbene παντορέκτᾳ: Iſta capiebat ſcilicet. Præivit tamen Liber Vaticanus, qui hoc uno Doriſmo alios commonſtravit ſimul.

13. Καλὸν σύνευνον] Coactum eſt illud σύνευνον: Nam quid cum cereo Cupidine Poëta faceret in lecto? Præcedit συνοικῆν: Id ſequi debuiſſet Lyricus, & pro σύνευνον hic dare σύσσιτον, ἑταῖρον, aut aliquid ſimile: Sic feciſſet, quod bonum & conſentaneum erat.

15. Πύρωσον· εἰ δὲ &c.] Hoc etiam incongruum eſt, ubi præceſſit Ἔρωτα παντορέκτᾳ. παντορέκτης eſt, qui omnia appetit, qui omnia cupit: Quid πύρωσον ad illud Epithetum, ad illum animi morbum? An duo iſta cohærent, & unum nos exſpectare jubet alterum? Id nemo dixerit. Debuiſſet igitur Poëta, hic etiam ſumere, quæ ad præcedens illud blande accederent, non diverſa ingerere. Et ſic apparet, in hoc Odario non eſſe Symmetriam illam, quæ in Poëmatiis bonæ notæ requiritur. Sed verbum: An forte vitium ſubeſt, & in ſuperioribus ſcribendum eſt?

Ἀλλ' οὔ τι λῶ συνοικῆν
Ἔρωτι παντοφλέκτᾳ.

Sic ſane πύρωσον cum aſſeclis ſuis apte ſequitur, & putidum illud ſchema abeſt, ſed alterum adhuc reſtat,

&

Digitized by Google

Κατὰ φλογὸς τακήσῃ.

XI. Εἰς ἑαυτόν.

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ανακρέων, γέρων εἶ.
Λαβὼν ἔσοπτρον ἄθρει
Κόμας μὲν οὐκέτ᾽ οὔσας,
Ψιλὸν δέ σευ μέτωπον.
Εγὼ δὲ τὰς κόμας μὲν,
Εἴτ᾽ εἰσὶν, εἴτ᾽ ἀπῆλθον,
Οὐκ οἶδα· τοῦτο δ᾽ οἶδα,
Ως τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Οσῳ πέλας τὰ μοίρης.

Εἰς

& facit, ut hoc ipſum vix loco ſuo cedere velit. Et legamus tamen παντοφλέκτα: Nonne ſic minus adhuc convenit σύνευνον, & quidem καλὸν σύνευνον? Certe qui παντοφλέκτης dicitur, non niſi duriſſime dici poteſt σύνευνος καλὸς. Dein, quid etiam πύρωσον, quid minæ graviſſimæ, ubi παντοφλέκτα præcedit? An metuendum erat, ne ureret? An eo adigendus erat minis, qui ſuapte erat παντοφλέκτης? Vides: Hæc male iterum cohærent. Quare ingrata ſunt, quæ hic habemus, ſive hoc, ſive illo legantur modo. Fallor, aut Recentior aliquis hæc pepigit, qui miſſa aurea ſimplicitate, ad prodigioſa & τερατώδη animum applicuerat Seculi ſui vitio: Nam eo nos ducit, hercule, ipſum Odarii ὑποκείμενον: Quid ſcilicet imagunçula Cupidinis cerea? Eane facere poteſt, quæ

Flamma ſtatim liqueſces.

De ſeipſo. H. ST.

Dicunt mihi puellæ,
Anacreon, ſenex es;
Speculum cape, intuere
Nullæ ut comæ ſuperſint,
Tibique glabra ſit frons.
At an comæ ſuperſint,
Defluxerint an omnes,
Hoc neſcio, ſed illud
Certo ſcio, decere
Senem, hoc magis vacare
Amoribus jociſque,
Quo mors magis propinquat.

Ad

quæ dicuntur hic? Eine adſcribuntur recte, quæ in Cupidinem vivum & immortalem conveniunt unice? Nugæ, nugæ. Si Ars Magica acceſſiſſet, ſpeciem habuiſſet commentum: Nunc de κηροτέχνῃ & nuda imagunculas cereas fingendi arte ſermo eſt, & τὸ πρεπῶδες omni ſpecie caret, nec ſe tueri poteſt, niſi uno Poëtæ πρεσβυλογοῦντος arbitrio.

XI. 9. Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον Πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν, Ὅσῳ πέλας τὰ μοίρης] Intricatior conſtructio propter duplicem, quæ in his eſt, Ellypſin: Nam oratio ita adornanda fuiſſet plene, τοῦτο δ' οἶδα, ὡς τῷ γέροντι τοσούτῳ μᾶλλον πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν, ὅσῳ μᾶλλον πέλας τὰ μοίρης: Nunc τοσούτῳ abeſt ab articulo primo, & μᾶλλον ab articulo ſecundo: Quod duriuſculum ſane eſt: Hæc tamen

Digitized by Google

XII. Εἰς χελιδόνα.

Τί σοι θέλεις ποιήσω,
Τί σοι, λάλη χελιδών;
Τὰ ταρσά σευ τὰ κῦφα
Θέλεις λαβὼν ψαλίξω;
Η μᾶλλον ἔνδοθέν σευ
Τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς

Εκεῖ-

probant Viri Eruditi, & ego non improbo, ſed mallem, aliter ſe haberent in Odario tam facili & venuſto. An forte Amanuenſes loquuntur, non ipſe Poëta? Legi poſſet ſane,

—— —— τῦτο δ' οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Οτῳ πέλας τὰ μοίρης.

ſententia & ordine facili: Vel etiam

—— —— τῦτο δ' οἶδα,
Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὰ τερπνὰ παίζειν,
Οτῳ πέλας τὰ μοίρας.

ὅτῳ pro ᾧτινι, quod vel *cui* vel *cuicunque* ſignificat, & hic ſenſu utroque quadrat. Ita, inquam, legi poſſet non uno modo: At nihil affirmo, & lectionem vulgatam attingere non audeo. Illud τὰ τερπνὰ παίζειν apprime nitet: Nam τὰ τερπνὰ ſunt caſus quarti, qui venuſte a verbo παίζειν pendent & ejus arbitrio reguntur: Similiter παιδίαν παίζειν dicebant terſiores Græci, & πόλεις παίζειν in ſuis Fugitivis dixit Cratinus, ut ſcimus ex Zenobio: Alia præterea, & Elegantiores hos floſculos ſibi notarunt ſæpe. In Libro Vaticano exaratum eſt, τὸ τερπνὰ παίζειν: Quod longe tritius & humilius.

XII. 2. Τί σοι, λάλη χελιδών] Proclus ad Heſiodi Operas pag. 86. τὴν χελιδόνα κωτίλλειν λέγει, ὡς ἐςι παρὰ Ανακρέοντι κωτίλη χελιδών. Hoc κωτίλη χελιδὼν quia in his Anacreontis reliquiis non extat hodie, Munckerus ad Fulgentium legendum conjicit hoc loco, Τί κωτίλη χελιδών, Doctoſque arbitrari jubet. Conjectura eſt non inelegans, ſed quavis aura levior: Nam ubi pleraque Anacreontis Odaria haud dubie interciderunt, & illorum, quæ nomine ejus circumferebantur, ut ſuſpicari licet, vix pars dimidia reſtat, longe incer-

Digitized by Google

Ad hirundinem. H. ST.

Quibus, loquax, quibuſnam
Te plectam, hirundo, pœnis?
Utrumne vis volucres
Alas tibi recidam?
Imam ſecemve linguam,
Tibi quod ille Tereus
Feciſſe fertur olim?

Nam certiſſimum eſt, hunc locum præ oculis habuerit Proclus, an alium potius quemvis: Adhæc nimius eſt Munckerus, cum una lectione alteram expellere ſatagit: Fac, Proclum hunc ipſum locum habuiſſe præ oculis, & ita legiſſe, ut Munckerus conjicit; An inde continuo ſequitur, abjiciendam eſſe vulgatam morticinæ inſtar? Abſit, abſit: Nihil aliud inde colligas, quam locum fuiſſe διπλογραφόμενον, & in eo exarando non conſpiraſſe Libros Antiquos. Hoc facile mihi concedent, qui Literas Noſtras amant: Hoc, & nihil aliud, dicere debuiſſet Munckerus, ſi judicio uſus fuiſſet acri: Nunc enim nimium tribuit conjecturæ ſuæ: Τί κωτίλη χελιδών probum ſit; non minus probum hercule eſt, Τί σοι λάλη χελιδών: Imo elegantius vulgatum, quam adſcititium: Nam in repetitione voculæ σοι non exigua eſt venuſtas, ſi quid ego in his video: *Quid tibi, vis, faciam, quid tibi, inquam, hirundo garrula?* Si paulo ſis oculatior, Emphaſin repetitionis deprehendis ſtatim. Et nihil igitur mutes, ſi ſapias, quamvis certiſſimum foret, Proclum ex hoc ipſo Verſiculo ſuum κωτίλη delibaſſe: Quod, ut nunc vidimus, incertiſſimum tamen eſt. Pro λάλη Liber Vaticanus λαλιοῦ: Non bene: Nam ſic pro eleganti Epitheto verbum habemus minus elegans: Eruditi vident.

4. ψαλίξω] Doriſmus, ut & ſequens ἐκθερίξω: Qui alios ſimiles hic confirmant. Et quid igitur? An ita Anacreon? Id credant inepti, & cum ineptis credat Barneſius; non credam ego, aut Eruditiores credant Alii: Bathyllum tamen habemus hic diſerte, & quod ipſe Anacreon dixiſſet, Anonymus dicit: Scilicet hinc colligo, quædam in his per modum imitationis fuiſſe

Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω;
Τί μευ καλῶν ὀνείρων,
Ὑπορθρίαισι φωναῖς,
Ἀφήρπασας Βάθυλλον;

XIII. Εἰς ἑαυτόν.

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν οὔρεσιν βοῶντα
Λέγουσιν ἐκμανῆναι·

Οἱ

ſcripta ipſius Anacreontis nomine, & ex ipſa Anacreontis perſona. Eo etiam refero elegans Odarium Nonum, ad cujus Verſum 12. vide quæ noto.

XIII. Εἰς ἑαυτόν] Ita vulgo inſcribitur hoc Odarium: In Libro Vaticano legitur Εἰς Ἄττιν: Ineptiſſime & plane inſulſe. ὑποκείμενον hic non eſt Attis, ſed Dogma illud feſtivum; nihil ſuavius eſſe aut jucundius, quam bene potum & bene unguentatum cum puella ſuavicula ludere, & ita χαρέντως μανῆναι: Hoc præfert Poëta Attinis furori; hoc præfert ἐνθουσιασμῷ Poëtico: Nihil certius aut evidentius. Sic liquet autem procul ablegandam eſſe Codicis Vaticani ψευδεπιγραφὴν, quam Grammaticorum furfur confinxit ſibi. Quod vulgo habemus, generalius eſt, ſed ſatis aptum in his.

2. Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν Ἐν οὔρεσιν &c.] Richardus Bentlejus in Epiſtola ad Anacreontis Interpretem Gallicum, qui ſe *Poetam ſine fuco* vocat, hos Verſus ita legit,

Οἱ μὲν καλὴν Κυβήβην
Τὸν ἡμίθηλυν Ἄττιν
Ἐν οὔρεσιν βοῶσαν
Λέγουσιν ἐκμανῆναι.

Quia celeberrimus eſt furor Cybeles propter Attinem, non furor Attinis propter Cybelen. Non adſentior: Nam quid hic mulier? Nonne vir erat Poëta? Nonne à ſexu virili debebat exemplum petere?

Digitized by Google

Nam tu quid ante lucem
Meas ſtrepens ad aures,
E ſomniis beatis
Mihi rapis Bathyllum?

In ſeipſum. E. AN.

Gallus furebat Atys
In montibus Cybelen
Magno ſonans boatu:
Nec non aquam bibentes

Apol-

re? Id factum certe oportuit, & in ſequentibus etiam fecit: Nam viros aquam fatidicam bibentes ibi celebrat, non fæminas. Non diſſimilis argumenti eſt Odarium Trigeſimum Primum; cujus Auctor, ſive idem, ſive diverſus, id obſervavit etiam rite: Nam Alcmæonem, Oreſtem, & Herculem furore percitos ſibi proponit, non mulieres eadem calamitate agitatas: Nihil certius, nihil conveniens magis, ſi vel modice attendas. Neque juvat celeberrimus ille furor Cybeles propter Attinem: Nam aliud hic tetigit Poëta, quod ſine dubio etiam celeberrimum fuit olim: Scilicet Attis Cybelen diu conſtanter amavit, ſed poſtea Nympham deperiens, cum ea conſuevit neglecta Cybele: Quod ægerrime ferens Dea, furorem Attini immiſit, eumque exſectis virilibus ad amorem priſtinum redire fecit: Vide Imperatoris Juliani Orationem in Deorum Matrem, ubi ea de re pluſcula: Breviter & ſuccincte Salluſtius Philoſophus in Libello de Diis & Mundo Cap. 4. Τὴν Μητέρα τῶν Θεῶν φασὶ τὸν Ἄττιν παρὰ τῷ Γάλλῳ κείμενον ἰδοῦσαν ποταμῷ, ἐρασθῆναί τε, καὶ λαβοῦσαν τὸν ἀστερωτὸν αὐτῷ περιθεῖναι πῖλον, καὶ τὸ λοιπὸν μεθ' ἑαυτῆς ἔχειν. ὁ δὲ Νύμφης ἐρασθεὶς τὴν Θεῶν Μητέρα ἀπολιπὼν, τῇ Νύμφῃ συνῆν. καὶ διὰ τοῦτο ἡ Μήτηρ τῶν Θεῶν ποιεῖ μανῆναι τὸν Ἄττιν, καὶ τὰ γόνιμα ἀποκοψάμενον ἀφεῖναι παρὰ τῇ

Νύμφῃ,

Digitized by Google

Οἱ δὲ Κλάρȣ παρ᾽ ὄχθαις
Δαφνηφόροιο Φοίβȣ
Λάλον πιόντες ὕδωρ,
Μεμηνότες βοῶσιν.
Εγὼ δὲ τȣ̃ Λυαίου,
Καὶ τȣ̃ μύρȣ κορεσθεὶς,
Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρης,

Θέλω

Νύμφῃ, πάλιν δὲ ἀνελθόντα αὐτῇ συνοικεῖν. Quare Vir Eruditus ita corrigens a veritatis tramite plane deflexit. Pro ὕρεσιν Stephanus male ediderat ὕρεσι.

5. Οἱ δὲ Κλάρȣ παρ᾽ ὄχθαις Δαφνηφόροιο &c.] In eadem Epiſtola hæc ita conſtituit idem Vir Doctus,

Οἱ δὲ Κλάρȣ παρ᾽ ὄχθαις
Δαφνηφόροιο Φοίβȣ
Λάλον πιόντες ὕδωρ
Μεμηνότες βοῶσαι.

Idque quia voculæ οἱ μὲν & οἱ δὲ orationem requirunt æqualem & ſibi ſimilem. Quod ego iterum probare non poſſum: Nam diverſa eſt utriuſque dicti conditio: Res Attinis nitebantur ſola fide Mythologica, & teſtes non habebant oculatos, ſed auritos: Illa autem Fontis Clari experti fuerant multi, & uſu erant comprobata: Quare de his directo, de illis oblique loquitur Poëta, & pro compertis habet, quæ Clari accidebant, pro memoratis vero & traditis, quæ in Phrygia acciderant: Sentisne? Neque obſtat, quod ſic oratio ſibi ſit diſſimilis: Nam primo, id non eſt adeo mirum, ubi res ipſæ ſibi ſunt diſſimiles: Dein, id factum culpa ipſius Poëtæ, qui exaſciatius loqui vel noluit vel nequivit: Talia in his ſunt plura, quæ Poëtæ felicioris ingenii non probaſſent. Si legamus, πιόντες ὕδωρ Μεμηνότες βοῶσαι, quid videtur? Nonne ſic hominis Recentioris eſt Odarium, qui in dubium vocabat, quæ Antiquiores de Claro tradiderant? Ita autumo, & nemo ſane antiquior, qui de rebus divinis cum Vulgo & Poëtis ſentiebat, iſta ſcripſiſſet de Claro: *Narrant Alii, eos, qui ad Clari ripas aquam fatidicam biberant, clamaſſe furibundos:* Quid? Nonne λέγουσιν, nonne βοῆσαι probant, quod dico? De eo non eſt dubium: Cum Poëtis volebat loqui Homo Recentior, & Chriſtianus potius, quam

Ethni-

Apollinis diſertam
Ripis Clari, furore
Acti ſubinde clamant.
Ego ſimul Lyæi,
Nardi ſimul fragrantis
Satur, ſimul puellæ,
Libens libens protervo

Præ-

Ethnicus: Non dixit igitur, Attinem furore percitum in montibus Phrygiæ ululaſſe; Eos, qui de Fonte Claro aquam fatidicam bibunt, furentes clamare; Sed eſſe, qui & hoc & illud perhibeant: Sic ſane Poëta Ethnicus paulo vetuſtior non locutus fuiſſet unquam. Quare mutata ſcriptura non fit melior Odarii conditio, ſed deterior. Nam, ut antea diximus, ſi vulgatam ſequamur, Poëta non incongrue diſtinguit inter ea, quæ narrabantur ſolummodo a Mythologis, & ea, quæ uſu erant comprobata & ſic vulgo perſuaſa: Attis dicitur in deſertis Phrygiæ ululaſſe furibundus; Qui de Claro bibunt, furentes vociferantur; Ipſe vero Lyæo &c. Vides? Hæc diſtinctio non inepta eſt, & ab Antiquiore potuit adhiberi. Verba, fateor, minus venuſte adornata ſunt; Sed id tolerabilius, quam ſi res ipſæ habeant male: Adhæc in verbis, ſi Virum Eruditum ſequamur, etiam incommodum hæret: Nam ſi οἱ δὲ ſint λί-γωσι, putide & incondite profecto ſequitur abſolute πιόντες ὕδωρ, quia ſic ſaltem ex uſu Linguæ Articulus ad πιόντες debuiſſet accedere, ſi aliud nomen apponere noluiſſet Poëta; quod adhuc fuiſſet convenientius, ſimiliter, ut una cum Articulo ἡμίθηλυν Ἄτιν præceſſerat. Attende, attende: Si ſis paulo oculatior, videbis facile, vulgatam non mutandam eſſe, & οἱ δὲ arctiſſime cum πιόντες cohærere.

11. Καὶ τῆς ἐμῆς ἑταίρας] Si ita ſcripſit Poëta, aperte nugas egit, & neſcivit, quid ſit χαρίεντας μανῆναι: Videamus: κορεσθεὶς τοῦ Λυαίου, κορεσθεὶς τοῦ μύρου, utrumque aptum eſt: Benignam vini, benignam unguenti copiam requirit, ut digne luderet; κορεσθεὶς ſcilicet non referendum eſt ad nimietatem, ſed modum, qui hominis laſcivioris judicio ſufficiebat ad animum exhila-

ran-

Digitized by Google

Θέλω θέλω μανῆναι.

XIV. Εἰς Ερωτα.

Θέλω θέλω φιλῆσαι.
Επειθ' Ερως φιλεῖν με·
Εγὼ δ' ἔχων νόημα
Αβȣλον, ȣ̓κ ἐπείσθην.
Ο δ' εὐθὺ τόξον ἄρας
Καὶ χρυσέην φαρέτρην,
Μάχῃ με πρȣ̓καλεῖτο.

Κἀγὼ

randum, & corpus odoratius reddendum: Et κορεσθεὶς Λυαίου idem hoc loco, quod alio ſuperiori γεγανυμένος Λυαίῳ: Vini ſatur, ſed ita ſatur, ut apte jocari & lepide inſanire poſſet. Hoc ipſa ratio exigit & certiſſimum Poëtæ conſilium comprobat. Sed quid eſt κορεσθεὶς τῆς ἐμῆς ἑταίρης? An luderet Poëta, poſtquam ſatis cum Amica ſua luſerat, & jam puellæ, ut Lyæi & Nardi, erat ſatur? Fateor, nihil ineptius, nihil a deliciarum foro alienius: Nam ſic revera luderet abſque puella, & non χαρίεντως, ſed ἀπρεπῶς inſaniret; ſic luſibus locus relinqueretur nullus, & ludendi ſatictas induceretur certa: Hoc quiſque videt: Apage, apage nugas, quas ſine dubio hic effutierunt homines ludendo inepti, & χαρίεντως μανῆναι ne leviter edocti. Ut venuſte cum Amica luderet, & unguentum & vinum, uberiori copia, ſed quæ modum ſervaret tamen, deſiderat ſibi Poëta: Hoc verba non præſtant nunc, ſed haud dubie præſtabant olim: Tu ſcribas igitur, ut hodie id præſtent denuo,

Εγὼ δὲ τοῦ Λυαίου
Καὶ τοῦ μύρου κορεσθεὶς,
Μετὰ τῆς ἐμῆς ἑταίρης
Θέλω, θέλω μανῆναι.

Sic nihil planius aut decentius: Vitium ortum ex literarum compendiis, ut millies: Taceo, quod Verſus præcedens ab eadem particula incipiat, & ſic facile deſcriptorem

potue-

Digitized by Google

Præceps agor furore.

De Cupidine. H. ST.

Libet libet jam amare.
Cupido me monebat
Ut amator eſſe vellem:
At ego inſciens monenti
Parere negligebam;
Mox ergo ſumpſit arcum
Et auream pharetram,
Me prælio laceſſens.

Ego

potuerit fallere.

XIV. 2. Επειθ' Ερως φιλεῖν με] Liber Vaticanus,

Επειθ' Ερως φιλεῖ με

Nihil ineptius, ubi ſequitur mox ὡς ἐπείσθην, & tota ſententia hic deſiderat ἔπειθε: Barneſius hoc recte, ſed illud male, quod ἔπειτ' ſcribendum putet recepto φιλεῖ: Nam quid? An ἔπειθ' pro ἔπειτα ante vocalem, non noverat Vir Græce doctus? Vah, vah ineptiæ.

6. Καὶ χρυσέην φαρέτρην] An eam igitur depoſuerat & humeris detraxerat? Non ſolet ita Cupido, & ἔννοια eſt minus apta. Cum Poëta de amore verba faciens, arcum ex manibus depoſuerit Puer: Id bonum & aptum: Pharetra ab humeris interim manebat ſuſpenſa, eamque deponere non habebat neceſſe, quia geſticulanti non erat impedimento, ut arcus: Res eſt perſpicua. Si Auctor dixiſſet, Cupidinem arcum tollentem, ex pharetra ſumſiſſe ſagittam, qua eum peteret, dixiſſet, quod debebat: Nunc balbutiit fere, & dicit, quod dicere non debuerat. Quid etiam χρυσέην, ubi de arcus materia nihil præceſſerat? Sagittæ, ut notum, differunt plurimum, aureæ ſint an plumbeæ: Pharetra ex auro, an ex alia materia ſit, parum vel nihil potius refert: Sumſit igitur Poëta vocem, ut Verſum oppleret, quæ ſententiam onerat: Non ita Eruditiores & feliciore ingenio nati.

 8. κἀγὼ

Digitized by Google

Κἀγὼ λαβὼν ἐπ᾽ ὤμων
Θώρηχ᾽ ὅπως Ἀχιλλεὺς,
Καὶ δοῦρα καὶ βοείην,
Εμαρνάμην Ερωτι·
Εβαλλ᾽, ἐγὼ δ᾽ ἔφευγον·
Ως δ᾽ οὐκέτ᾽ εἶχ᾽ ὀϊστοὺς,
Ησχαλλεν, εἶθ᾽ ἑαυτὸν
Αφῆκεν εἰς βέλεμνον·
Μέσος δὲ καρδίης μευ
Εδυνε, καί μ᾽ ἔλυσε.

Μάτην

8. *Κἀγὼ λαβὼν ἐπ᾽ ὤμων Θώρηχ᾽ ὅπως Ἀχιλλεὺς, Καὶ* &c.] Hæc inepta ſunt & male morata: Nam primo, de Achille hic ita loquitur Auctor, ac ſi ille fuiſſet unus, qui & haſtam, & ſcutum, & thoracem ſumere ſolebat in bello: Quod ſane ridiculum eſt, quia omnes ita armati erant vulgo. Dein, ubi continuo ſequitur, *Εβαλλ᾽, ἐγὼ δ᾽ ἔφευγον*, ipſa comparatio incongrua eſt & infiœta: Quid enim? An ita pugnabat Achilles, & in acie neque gradum inferre, neque in gradu conſiſtere audebat Heros? Abſit, abſit. Viri Eruditi huc tamen trahunt Plautina illa, *Nam quum illi pugnabant maxume, ego tum fugiebam maxume*, ac ſi de lata fuga accipienda eſſent Græca: Et hoc lepidum ſane. *ἔφευγον* hic ſine dubio eſt *ceſſim ibam & pectore adverſo fugiebam*: Nam Stephani, *Vertebam at ipſe terga*, ineptias quoque alit, ut ſequentia apertiſſime probant.

15. *Αφῆκεν εἰς βέλεμνον*] Barneſius vertit, *Projecit in modum teli*: Stephanus hic, *jacit ſe in me, velut ſagittam*: Et ſic Alii omnes etiam intelligunt. Sententia eſt proba, ſed quam ego dubito, an Græca præſtare poſſint: Nam *εἰς βέλεμνον* eo ſenſu non novi, nec uſum hunc præpoſitionis notiſſimæ teneo: Qui in tela obverſa toto corpore ruit, eleganter dici poteſt, *ἑαυτὸν ἀφεῖναι εἰς βέλεμνα*, non qui in hoſtes medios.

Digitized by Google

Ego vero ut olim Achilles,
Lorica amictus, atque
Scuto minax & haſta,
Cum Amore præliabar.
Jaciebat ille tela,
Vertebam at ipſe terga;
Tandemque miſſili omni
Quum deſtitutus eſſet,
Ira æſtuans jacit ſe
In me, velut ſagittam:
Penetrans & in cor uſque
Medium, reſolvit artus.

Scutum

-dios ſe projicit, ut ipſe ſit teli loco: Mihi ſaltem, ut dixi, plane ignota eſt locutio, quanquam Græca non tumultuarie didici. Dicam, quod ſentio: Scribendum opinor,

Ἀφῆκεν ὡς βέλεμνον·

Quod plane exprimit mentem Poëtæ, quam omnes Interpretes haud dubie aſſecuti ſunt. Et hanc ſuſpicionem ſequar, donec vulgata lectio mihi innotuerit: Exempla ſubminiſtrent Alii, quæ ipſe non negligam, ſi mihi alicubi occurrant.

16. *Μέσος δὲ καρδίης μευ Ἔδυνε καὶ μ' ἔλυσε*] Hæc plane inepta ſunt: Videamus breviter: *μέσος καρδίης*, *medius cordis*, eum ſignificat, qui in medio corde eſt, & cor medium occupavit; qui ita in cor penetravit, ut illud dividens, inter utriuſque cordis latera ſit medius: Nihil certius, nihil evidentius: Et quid igitur hoc poſito *ἔδυνε*? An illud convenit, & de eo dici poteſt, qui jam in medio corde eſt, & cor medium tenet? Nihil effætius eſſe aut putidius, ſtatim haud dubie ſentis: Nam *τῷ δύνειν* locus eſt nullus, ubi cor medium jam occupatum eſt, & alterum aperte alterum excludit. An balbutiit Poëta? Haud puto: Nam nimis inficetus eſt ſermo: Locus eſt corruptus, & una litera peccat, quam ſi leviter mutaveris, omnes ineptiæ faceſſent ſtatim: Scribe, ut ipſe Poëta ſcripſerat ſine dubio manu ſua,

Μέσον δὲ καρδίης μευ

Digitized by Google

Μάτην δ' ἔχω βοείην.
Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω,
Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης;

Εἰς

Ἔδυνε καὶ μ' ἔλυσε.

Sic nihil facilius aut accommodatius: *medium cordis penetravit*, & *ſic me ſolvit*: Amor ſuaviculum ἔλυσε, ſimulac ἔδυνε καρδίης μέσον. Ode 3. habuimus, καί με τύπτει μέσον ἧπαρ: Hic μέσον καρδίης habemus non abſimiliter. Certa & perſpicua eſt conjectura, quam Eruditiſſimo Daviſio ad Ciceronis Philoſophica etiam in mentem veniſſe video. Addam aliud: Verba nunc apta ſunt: Sed quid de ipſa ἐννοίᾳ dicendum? Eane apta? Ubi omnes ſuas ſagittas fruſtra in hunc refractarium miſerat Amor, tandem ira æſtuans, ſe velut ſagittam in eum projecit, & in cor medium penetrans, hominem reſolvit totum: Pervenit igitur Amor cum corpuſculo ſuo quadrato & habitiori, quo pervenire non poterant ſagittæ, & quod earum cuſpides facere non potuerunt, fecit obtuſa corporis maſſa. Fateor, hæc mira ſunt, & naturam non imitantur, ſed ſuperant plane: Quare nullus ego dubito, quin inter Recentiorum etiam τέρατα reponenda ſint, a quibus ſedulo abſtinebant Vetuſtiores, præcipue in his. Simile portentum eſt in illo Odario Juliani Ægyptii,

Στέφος πλέκων ποθ' εὗρον
Ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,
Καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν
Ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον,
Λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν.
Καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου
Πτεροῖσι γαργαλίζει.

Quare ſi non ejuſdem Auctoris, ſaltem ejuſdem Ætatis mihi videtur hoc Odarium. Pro καρδίης in Libro Vaticano hic male ſcriptum eſt κραδίης.

19. 20. Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω, Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης] Hæc difficiliora ſunt, quam multi putant. Videamus per partes. Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω, Stephanus vertit, *Nam cur petamur extra*: Male ſine dubio: Nam βαλώμεθα παθητικῶς accipi non poteſt. An igitur cum Tanaquillo Fabro vertendum, *Nam quid tela mittamus extra*? Cave, putes: Nam nihil revera ineptius. Attende: Ubi præcedit Μάτην δ' ἔχω βοείην, *tela mittamus* peſſime ſequitur: Quid enim ſcutum ad mittenda tela? An ſcuto mittuntur? An mitti non poſſunt abſque ſcuto? Nugæ, nugæ. Si ſcripſiſſet Poëta, Μάτην δ' ἔχω βέλεμνα, appoſite potuiſſet ſequi, Τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω, eo ſenſu: Nunc nihil inconcinnius: *Scutum ergo nihil me juvat*: *Nam cur tela mittamus extra*, *cum pugna nobis*

ſit

Scutum ergo nil juvat me:
Nam cur petamur extra,
Quum prælium ſit intus?

De

ſit intus? Ut vides, diverſiſſima peſſime copulantur, & hæc mera loquendi eſt ſartago. Gulielmus Canterus in Libris Novarum Lectionum βαλώμεθα exponit περιβαλώμεθα, & hæc ligate vertit, *Cur muniamur extra*, id eſt ſolute, *quid circumjiciamus extra*: Idne probabimus? Nequaquam certe: Nam primo, βαλώμεθα exponere περιβαλώμεθα duriſſimum eſt, ubi nihil, quod illam expoſitionem adjuvet, conſpicio, & verbum hic adeſt ſolum: Simplicia, fateor, aliquando pro compoſitis veniunt, ſed ſic aliquid accedit vulgo, quod loco indicis eſt, & idipſum longe convenientius in Scriptis gravioribus, quam in his ludicris: Eruditiores ſciunt. Dein, ipſum περιβαλώμεθα hic parum conveniens eſt, ubi βοείην diſerte præcedit: Nam id περιβαλώμεθα certe non amat, quia ſcutum non *circumjicitur*, ſed *prætenditur*: περιβάλλεσθαι, ut notum, de veſtibus dicitur, & quæ veſtium inſtar circumjici ſolent: Hoc autem nihil ad ſcutum: Pueri vident & nihil apertius. Aliud latet: Ne multis te morer, trajecta literula ſcribendum opinor plane,

Τί γὰρ λαβώμεθ' ἔξω,

Sic nihil concinnius: *Quid enim ſumamus nobis extra*: Τί, *quid*, indefinite: Et hoc appoſitum, ubi nihil revera poteſt ſumi, quod corpus defendat extra, quando adverſarius jam eſt intus: λαβώμεθα, *ſumamus nobis*, forma, ut loquuntur, media, quam exaſciatum ſit, non ignorant Græce docti: In Libro Vaticano pro βαλώμεθα ſcribitur βάλοιμεθ': Quod ſi mutes in λάβοιμεθ' vel λάβωμεθ', bonum quoque eſt, ſed altero minus nitet: Ipſum autem verbum apprime conveniens: Nam & paulo ante habuimus,

Κἀγὼ λαβὼν ἐπ' ὤμων
Θώρηχ', ὅπως Ἀχιλλεὺς,
Καὶ δῦρυ, &c.

Quare non eſt dubitandum de hac ſuſpicione noſtra. Pergamus ad ea, quæ reſtant: Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης. Et hic poſt, Μόνον δὲ καρδίης μου Ἔδυνε καὶ μ' ἔλυσε, non quadrat certe μάχης: Nam quando adverſarius ita ἐλυθεὶς & ſolutus eſt, vix ac ne vix locus eſſe poteſt pugnæ: Hoc perſpicuum eſt, & Poëtæ iterum ingenium prodit. Quid autem μέ pro ἡμᾶς poſt λαβώμεθα? Duriſſima ſane numerorum mutatio, quam vix excuſare poteſt Metri neceſſitas. An forte vitium ſubeſt: Nam ne quid diffitear, in verborum ſtructura ea non fuit hominis ignavia? Videa-

XV. Εἰς ἑαυτόν.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο

Τοῦ

mus: In Libro Vaticano, ut diximus, pro βαλώμεθ' ſcriptum eſt βάλοιμεθα: An legendum conſulta utraque ſcriptura?

Τί γὰρ λάβω μετὰ ἔχω,
Μάχης ἴσω μ' ἰχύσης;

Sic numeri certe conveniunt & verba apte cohærent, ſed ipſa ſententia minus apta eſt: Nam fallor, aut aliquid generalius dicere voluit Auctor, & revera etiam dixit. Quid iterum multa? Scribendum ſuſpicor,

Τί γὰρ λαβώμεθ' ἔχω,
Μάχης ἴσω μετὰ οὔσης;

Quod ſane opportunum: Nam ſic non modo illud generale habemus, ſed etiam μάχης minus peccat, & eatenus ſimul opitulamur bono, quem contra jus faſque premere nolo: Adhæc μάχης ἰχύσης με, quicquid obſtrepant Viri Eruditi, minus recte dicitur: Pro eo autem ſic commode adeſt ſimpliciſſimum illud μάχης οὔσης, quod aſpernabitur nemo: Et quid igitur videtur? Nonne probabile eſt, quod dico?

XV. Εἰς ἑαυτόν] Codex Vaticanus, Εἰς τὸ ἀφθόνως ζῆν: Utrumque in his ſatis aptum: Pueri vident, & Barneſium non moror.

1. Οὔ μοι μέλει Γύγαο] Ineptum hoc, ubi ſequitur mox,

Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

Quid enim? An Gyges non fuit Tyrannus? An qui Gygem ſpernit, non ſpernit Tyrannos? De eo dubitet nemo. An balbutiit Poëta, bis idem inepte dicens, vel corruptus eſt ab Amanuenſium grege? Poſterius viſum fuit Richardo Bentlejo ad Horatii Odas, ſed propter rationem longe diſſimilem. Anacreontis ſcilicet hanc Oden eſſe putat; & inde colligit primo, Γύγαο in ore Vatis Jonici vitium alere; dein, ipſam ſententiam obſtare, quominus bonum videri poſſit, οὔ μοι μέλει Γύγαο, quia ſic neceſſe, ut cum iſta ſcriberet Anacreon, in vivis fuerit Gyges; qui tamen ante Poëtam natum jam diu ad plures abierat: Atque his inductus, ſcribendum eſſe credidit,

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,
Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος.

Parum provide profecto & vere: Nam unde apparet, hanc Oden eſſe ipſius Anacreontis? An ex eo, quod inter alias Anacreonticas legatur? Sed ut ipſe Vir Eruditus putat, multa in his ſpuria; ut ego autem puto, ſi non omnia, ſaltem pleraque: Et cur igitur Γύγαο aſpernamur, quod alium Auctorem prodit, quam illum Jonicum? Ne nugas agamus, quæſo. Addam alia: Aperte in his habemus imitationem

Archi-

Digitized by Google

De ſeipſo. H. ST.

Nil curo Sardiani

Regni

Archilochi, & quod ille ſcripſerat prior, hic ſcripſit poſterior: Jam autem rogo, an ea indole fuiſſe videatur Anacreon, ut alios voluerit imitari, non ſua propria inventione uti: Et fallor egregie, aut omnes cordatiores cenſebunt mecum, ingenium ei fuiſſe lætius & generoſius, quam ſtudium illud ſervile ſibi requirit: In Recentioribus id ego tolero certe, non in Anacreonte. Et quid videtur? Si aliquid ſimile Archilochicis ſcribere voluiſſet ille, nonne pro Gyge ſumſiſſet Crœſum, qui ad tempora ſua accedebat propius? Cerritus mehercule ſit, qui aliter ſentiat: Apage, apage igitur commentum, ſi Lyrici ingenium ſpectes, ſatis ſiniſtrum & contumelioſum: Haud dubie alterius eſt hoc Odarium, & quidem Recentioris, qui eo Archilochum voluit imitari. Sic autem tota evaneſcit ratio, quæ ad corrigendum impulit Anglum: Nam quod de methodo ſcribendi notat, ac ſi ea requireret Gygem vivum & ſpirantem, id ſane indignum eſt, quod ſerio refutem, ubi eadem figura; qua hic de Gyge mortuo loquitur Poëta, quiſquis demum fuerit, nos Exempli gratia, loqui ſolemus quotidie de Auctoribus, qui ante aliquot annorum millia jam fuerunt pulvis & oſſa; quando eos vel laudamus vel refutamus calidius paululum: Sunt hæc ipſis pueris nota. Nihil igitur adduxit Vir Eruditus, quod ſcripturam a ſe excogitatam ſtatuminare poſſit: Hoc certum & dubii expers. Sed quid videtur? An quod ille repoſuit abſque ratione idonea, nos reponere non poſſumus ea, quam allegavimus, ratione idonea? Certe, ſi legamus,

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,
Τοῦ Σαρδίων ἄνακτος.

omnis illa Tautologia abeſt, quam antea notavimus: Nam pro Gyge ſic habemus res Gygis, divitias Gygis, quæ ſane ab ejus tyrannide diſtant; & proinde abſque ullo Tautologiæ nexu haud dubie recte ſequitur,

Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

ſimiliter plane, ut apud Archilochum Gygis divitiæ a Regum tyrannide ſeparantur, & duo iſta commemorantur diſtincte: Hactenus nihil convenientius. Et hoc ſuſpicionem illam commendat. Sed moreris pauliſper: Quod eatenus bonum eſt, ſi alia conſideres, mox evadit malum: τὰ Γύγεω ſunt opes Gygis, & οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω exprimit Archilochi illa, Οὔ μοι τὰ Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει: Hoc ipſe Anglus notat, & nemo in dubium vocare poteſt;

Τȣ͂ Σάρδεων ἄνακτος,
Οὔθ' αἱρέει με χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.
Εμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑπήνην·
Εμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταςέφειν κάρηνα.
Τὸ σήμερον μέλει μοι,
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
Ως οὖν ἔτ' εὐδί' ἐςὶ,

Καὶ

teſt: Nihil enim apertius. Et ſic ſcire velim, quid tibi videatur de eo, quod ſequitur, Οὔθ' αἱρέει με χρυσὸς? Nonne putida eſt ejuſdem rei repetitio? Ita ſentias hercule, etiamſi Pyrrhonis Dogma tibi placeat: Nam τὰ Γύγεω ſunt ipſum aurum, ipſe χρυσὸς; divitiæ & nihil aliud: Hoc certum quoque & perſpicuum. Tautologiam igitur, ſi Viri Eruditi conjecturam ſequamur, non abigimus, ſed a loco in locum transferimus; & cum Verſus Primus & Quartus antea Tautologiam exhiberent, nunc Primus & Tertius eam exhibebunt, revera eo deteriorem, quo ſibi vicinior eſt, & altera ad alteram ſe propius applicat: Quare abſit, abſit, ut lectionem arripiamus, quæ omni auctoritate caret, & non modo non prodeſt, ſed etiam nocet. Et quid ergo dicemus tandem de his? Id paucis accipe: Aut balbutiit Homo Recentior, ut ſæpe balbutierunt illi, aut locus integer ita conſtituendus eſt,

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω,
Τȣ͂ Σάρδεων ἄνακτος,
Οὔθ' αἱρέει με ζῆλος,
Οὐδὲ φθονῶ τυράννοις.

Sic tria habemus diſtincta, & in Archilochicis diſtincte commemorata. In Libro Vaticano erat plane ad hanc normam,

οὔθ' εἷλέ πω με ζῆλος.

Quod ſumere etiam potes, ſi velis: Nam quanquam μέλει & φθονῶ magis amare videantur αἱρέει, nihil tamen obſtat, quominus variare potuerit Auctor. Viſne aliam ſuſpicio-

Regni Gygen potentem,
Auri nec appetens ſum,
Nec invidens tyrannis:
Sed curo delibutam
Unguento habere barbam;
Sed implicare curo
Meos roſis capillos.
Hodierna curo tantum:
Quis cras futura novit?
Age ergo, dum favet ſors,

Ludo

cionem? Cum Recentior dediſſet hanc imitationem Archilochi eo modo, quo nunc vulgo effertur in Libris, aliquis Eruditior videtur propter ipſam illam Tautologiam, quam indicavimus, Verſum tertium ex ipſis verbis Archilochi ita emendaſſe, ut Liber Vaticanus habet: Id autem cum nimium videretur alteri, & ad Archilochica nimis tenaciter adhæreret, pro χρυσὸς forte in Verſu tertio ille repoſuit tantum ζῆλος. Sic in Libris diverſis hæc varie expreſſa fuerunt, & cum Recentior dederat primum,

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγου,
Τοῦ Σάρδεων ἄνακτος,
Οὐδ' αἱρέει με χρυσὸς,

Alii pro eo repoſuerunt, quod diximus. Quin & ipſum Γύγαο potuit a Grammaticis proficiſci, qui Tautologiam vicinam metuebant, ut ſic quaſi Gygem a Gygis divitiis diſtinguerent; de Tautologia remotiori minus ſoliciti, quam ea lectione admiſſa Verſus demum ingerit quartus. Hæc certe probabiliter dici poſſunt, ubi ſine dubio in his ſimilibuſque multa pro arbitrio ſuo egerunt Grammatici. In Libris Stephani pro οὐδ' αἱρέει με χρυσὸς legebatur etiam οὐδ' εἷλέ πω με χρυσὸς, & pro Σάρδεων, Σαρδίων; In Vaticano autem pro Γύγαο erat Γύγεω & Γύγου: Quæ lectiones diverſæ originem quoque ducunt ex illa Grammaticorum in his conſtituendis diſcrepantia: Id facile animadvertis nunc.

11. Ὡς ἂν ἔτ' ἔνδι' ἐστὶ] Teſte Stephano, omnes Libri excepto uno,

 hunc

Καὶ πῖνε ϗ κύβευε,
Καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ,
Μὴ νοῦσος, ἤν τις ἔλθῃ,
Λέγῃ, Σὲ μὴ δεῖ πίνειν.

Εἰς

hunc Verſum & quatuor ſequentes ignorabant: Non indignor, aut Scribas vitupero: Nam ſevera inepti ſunt, & ad Verſus præcedentes inepte accedunt: Videamus breviter: Dixerat homo,

Ἐμοὶ μέλει μύροισι
Καταβρέχειν ὑπήνην.
Ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
Καταστέφειν κάρηνον.

Quibus cum hæc ſequentia debuiſſent reſpondere, cum propter ſententiam, tum propter particulam οὖν; quæ ex antecedentibus concludit, habemus hic diſſone & mutata ipſa perſona,

Καὶ πῖνε ϗ κύβευε,
Καὶ σπένδε τῷ Λυαίῳ.

Quod certe longe ineptiſſimum eſt, & balbutiem inducit meram: Hoc primum: Dein, male moratum & inficetum eſt σπένδε τῷ Λυαίῳ, ubi præceſſit πῖνε: Nam σπένδειν Λυαίῳ hic eſt ipſum πίνειν, & alterum manifeſte alterum excludit. Quid autem νοῦσος? Idne accommodum eſt? Cave putes: De morbo in his non loquuntur homines laſcivi, ſed de morte & ultima rerum linea, quia vitam cum vitæ bonis tollit, non ut morbus ſuſpendit: Hoc certum eſt, & cum indole horum κατ-γίαν apprime convenit: Morbum non metuebant ſtrenui, quia poſt morbum ad voluptates ſuas redire poterant: De una morte erant ſoliciti, quia poſt eam voluptas reſtabat nulla. Tandem, illud poſtremum, σε μὴ δεῖ πίνειν, plane incongruum eſt, non aliter ac primum: Nam quid unum πίνειν, ubi & πῖνε, & κύβευε, & σπένδε τῷ Λυαίῳ præceſſerant? Idne ſufficit, & ſententiam efficere poteſt abſolutam & bonam? Nugæ, nugæ: Nihil inconcinnius, nihil indecentius. Et ſic apparet, quo loco ac numero hæc habenda ſint: Fallor, aut addita ſunt ab aliquo Naſuto, qui præcedentia finire non exiſtimabat ſatis belle, ideoque clauſulam hanc effætam appoſuit. Niſi forte aliquis ineptior totum Odarium ita conſtruxerit, & quia nimis illepidi erant hi quinque Verſus, Grammaticus Eruditior eos ex Libris quibuſdam expunxerit. Si ita ſentire velis, per me licet: Sic feciſſet ille in his poſtremis, quod in Verſu tertio vel eundem vel alium Grammaticum feciſſe ſuſpicamur, & nequiter adornata redegiſſet ad meliorem frugem: Nam illis demtis, primiſque Verſiculis ita ſcriptis, ut diximus,

non

Digitized by Google

Ludo vaca & Lyæo:
Ne, ſi quis opprimat te
Morbus repente, dicat,
Ohe, ſatis bibiſti.

non invenuſta eſt Odarii ſtructura. Sunt hæc tamen incerta, & tutius de ipſo pretio Odarii ne ſic quidem aliquid ſtatuere: Nam, ut dicam, quod debeo, vix etiam ſatis concoquo illud καταβρέχειν ὑπήνην: Itane ſolebant Veteres? Barbam ungere, non caput, non corollas in capite? Hoc novum. Adhæc, quid καταβρέχειν ὑπήνην & ῥόδοις καταστέφειν κάρηνα? Eane ſufficiunt in his, & pro ſolida voluptate haberi poſſunt? Non equidem puto, & Anacreontis aſſeclæ duo iſta vix tertiam partem voluptatis conſtituere dixiſſent ſine dubio: Quare in his etiam mihi non ſatisfacio, ſi alia abſint. Dicerem, ſi auderem, Monachum laſciviorem, qui barbam curabat probe, in Ergaſtulo ſuo integrum Odarium ita adornaſſe ſibi; ſed non audeo, & rem omnem in medio relinquo: Quamquam ſic certe ὕπνος mire conveniret: Id enim ſumſiſſet homo luxurioſus pro morte, ne nimis laſcive luderet, & ut ſibi reſtaret tempus, quo reſipiſcere poſſet, & præteritorum pænitentiam agere: Quin & illud notatu dignum, quod cum in aliis admiſſa noſtra & Codicis Vaticani ſcriptura, Archilochum preſſe ſequatur Poëtaſter, eum in εὐδ' ἀγαίομαι θεῶν ἔργα plane relinquat ſibi: Nam id profecto commode etiam Chriſtianum ſubindicare poteſt: Sed Alii videant; Ego ut dixi, rem in medio relinquo. De verborum ſcriptura nunc paucula addenda: εὔδι' ἐστὶ Barneſius mutat in εὔδι' ἐστὶ, quia media, inquit, in εὔδια producitur, & poſtrema etiam producta elidi non poteſt: Utrumque falſum eſt: Nam & media eodem jure corripi poteſt, quo in φιλία, ποία, aliiſque multis; & ſyllaba longa, etiam ante vocalem brevem, apud Poëtas centies eliditur: Pueri ſciunt, qui vix lavantur ære: Cave igitur, quid mutes. Pro Ὡς in principio Verſus Ἕως etiam reponit Homo: Æque perite, & æque bene. Ὡς οὖν idem, quod Ἐπεὶ οὖν, *Quoniam igitur*, *Ubi igitur*: Hoc aptum eſt, & nemo tentabit ſanus: Quid autem Ἕως & ſyllaba ſuperflua? Apage, apage ineptias. Poſtrema, Λέγῃ, σε μὴ δεῖ πίνειν, varie interpolarunt Viri Eruditi, ut Spondeum ex loco tertio expellerent. Factum nollem: Nam ſine dubio Spondeus ibi ſtare poteſt perbene. In Libro Vaticano λέγει pro λέγῃ male pinxerat Scriba.

XVI. Εἰς ἑαυτόν.

Σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,
Ο δ' αὖ Φρυγῶν ἀϋτάς,
Εγὼ δ' ἐμὰς ἁλώσεις.
Οὐχ ἵππος ὤλεσέν με,
Οὐ πεζὸς, ὐχὶ νῆες·
Στρατὸς δὲ καινὸς ἄλλος,
Απ' ὀμμάτων βαλών με.

XVII. Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν.

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,

Ηφαι-

XVI. 5. Οὐ πεζὸς, ὐχὶ νῆες] Barneſius,

Οὐ πεζὸς, οὔτε νῆες.

Ne ὐχὶ menſura ſua Verſum corrumperet: Nihil ſtultius, nihil inficetius unquam vidi.

7. Απ' ὀμμάτων βαλών με] Liber Vaticanus,

Απ' ὀμμάτων με βάλλων.

Quod ego non aſpernor: Floridius tamen vulgatum.

XVII. Εἰς ποτήριον ἀργυροῦν] Tres habemus hodie hujus Odarii ἐκδόσεις: Unam hic ex Libris Stephani & Gelli Noctibus: Alteram ex Epigrammatum Florilegio: Tertiam ex Codice Vaticano.

1. Τὸν ἄργυρον τορεύσας, Ηφαιστε &c.] Hæc Stephanus ita inepte vertit hic, *Torno mihi labora Argentum*, *& inde finge &c.* Nam ut cœlum & tornus, ita τορεύειν & τορνεύειν longe diverſiſſima ſunt. Recte Interpretes Proſaici, Barneſius & Baxterus, τορεύσας exponunt *cælans*: Hoc certum & extra dubitationis aleam poſitum eſt. Sed quid illud *cælans*, quid illud τορεύσας hic? An Vulcanus cælaret primo argentum, dein ex eo poculum faceret? Id Græca aperte dicunt, & adeo ineptum eſt hercule, ut nihil ineptius excogitari poſ-

Digitized by Google

De ſeipſo. H. ST.

Thebana bella cantas,
Trojana cantat alter,
Meas at ipſe clades.
Me non eques, pedesve,
Non perdidere naves:
Aliud novum ſed agmen,
Dominæ inſidens ocellis,
Et inde tela mittens.

De poculo argenteo. H. ST.

Torno mihi laboræ

Argen-

poſſet: Nam, ut ipſi pueri ſciunt, primo ex metallis conficiuntur vaſa & alia inſtrumenta; dein ea cælantur & imaginibus exornantur; neque cælo locus eſt, antequam materia cælum receptura, ad formam ſuam redacta ſit: Hic autem præpoſtere argentum cælatur, antequam ab Artifice formam accepit, & poculo inſcribuntur imagines, antequam poculum ſit factum: Quod plane ridiculum, & contra ipſius Naturæ leges. Quare ſententia manifeſte reſpuit, quod indoles Sermonis manifeſte requirit. An expoſitio Stephani erit admittenda, & pro τορευτὰς ſcribendum τορνεύτας? Sic certe abſurdum illud, quod cœlum & cælatura gignit, exulat, ſed aliud iterum ab ipſo torno accedit novum: Quid enim? An πανοπλία? An ſcutum, thorax, & gladius tornantur, & ad illa fabricanda adhibetur tornus? Hoc plane inauditum, & ab ipſa Natura non minus abhorrens, quam cælatura ante inſtrumentum factum inſtituta: Quamobrem ineptias, & quidem ineptias hic habemus meras, utro modo vel legas vel intelligas verba. Et hæc tamen ab omnibus probantur paſſim, neque probantur tan-

Ηφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Οσον δύνῃ, βάθυνον.

Ποίει

tum, ſed etiam impenſius laudantur, tanquam politiſſima & Anacreontis ingenio vere digna: Miror, miror. Sed an homines Lepidi in Vulcano forte probarunt, quod in omnibus aliis Artificibus improbaſſent? Deus ille, & longe ſupra ſortem humanam evectus, qui proinde neglectis Artium & Naturæ legibus, facere poterat, quod ſibi volupe, & ab homine bene poto rogatum forte in media ebrietate: Lepidum commentum, ſed nimis profecto lepidum. Jocari nolo: Dicam, & dicam ſerio: Eruditi in his cæcutierunt omnes, & cum alter hæc commendaret alteri, ut vere egregia, ita Encomii faſcino occæcati ſunt, ut videre non potuerint, quod alias videre debuiſſent ſtatim. In re perſpicua te, Lector, non morabor: Aut ineptiit Poëta, hæc ita ſcribens, aut ineptierunt Amanuenſes, hæc ita deſcribentes: Prius credere durum eſt, ubi error revera eſt adeo enormis ac fædus, ut vix ab ullo, cui mens ſana eſt, committi poſſit: Poſterius igitur, ut humanius, ita & credibilius. Quid vero faciendum, ut ineptiæ abſint? Dicam: Legendum ſuſpicor,

Τὸν ἄργυρον χωνεύσας,
Ηφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν &c.

Argentum liquefaciens, ut moris eſt, antequam opus ex eo fiat: Hoc perſpicuum eſt & planum: Sic autem Spondeum habemus in loco tertio, quem metiendi norma ibi nequaquam reſpuit. Apud Heſychium legimus in Lexico, χόνος, ποτήριον χαλκεῖον. Ubi χόνος pro χῶνος: Quo exemplo aliquis ſuſpicari poſſet, pro χωνεύσας hic uſurpatum quoque χονεύσας: Sed ambigua res eſt, & de loco Heſychii Nos alibi accuratius. Illud certum, aliquando ω magnum & ο parvum a Poëtis fuiſſe commutata propter leges Metricas; Sed eo non neceſſe, ut confugiamus hic. Quanquam non deerunt forte Naſuti, qui Spondeos in loco tertio probabunt, ſi in Libris occurrant, rejicient vero, ſi ſint emendando quæſiti: Et horum ἀκριβείαν quanquam ego ridere ſoleo, nunc comiter obſervabo non invitus: In promtu enim eſt, quod iſtis

Magi-

Digitized by Google

Argentum, & inde finge,
Vulcane, non quidem arma:
Nam quid Gradivus ad me?
Sed poculum mihi fac
Quantum potes profundum:

In-

Magiſtellis ſatisfaciet, credo: Scilicet legere etiam poſſumus,

Τὸν ἄργυρον πυρώσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν. &c.

πυρόω idem, quod χωνεύω, ubi de illis, quæ liqueſcunt, ſermo eſt: Inde χρυσὸς πεπυρωμένος pro χρυσὸς ἄπεφθος: Inde Heſychii illud, Πύρωσις, δοκιμασία: Eruditi ſciunt, neque alia congerere neceſſe. Et hoc igitur ſententiæ æque conveniens eſt, Verſus autem pro Spondeo ſic Jambum habet in loco tertio, ut vides. Elige & ſume, quod potius videatur tibi. Pro τορεύσας in Libris Stephani legebatur etiam τορεύων.

3. Πανοπλίαν] Totam & integram armaturam, quam unusquiſque ſumit, cum ad bellum proficiſcitur: Sententia ſimplex eſt & naturalis: Quare errant lepide, qui de πανοπλία Homerica hic cogitant. Quid autem Baxterus, & Alii quidam? Per πανοπλίαν intelligunt hominem armatum, quem Vulcanus in poculo cælaret: Et hoc commento nihil revera inſipidius, ubi, ut alia omittam, diſerte ſequitur,

Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Ὅσον δύνῃ, βάθυνον.

& ſenſus haud dubie eſt; Ex argento non fac mihi armaturam, ſed ex argento fac mihi poculum: Pueri vident, aut videre ſaltem poſſunt. Sed iſtas nugas miſeris extorſit nugaciſſimum illud τορεύσας.

5. 6. Ποτήριον δὲ κοῖλον, Ὅσον &c.] *Poculum cavum, quantum potes, excavato*: Ingratum eſt κοῖλον βάθυνον, & nimium dicit. An forte ſcripſerat Auctor?

Πανοπλίαν μὲν οὐχὶ,
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Ὅσον δύνῃ, βαθύνων.

Hoc certe concinnius & accommodatius foret. In vulgata ſcriptura id etiam incongruum eſt, quod ita loquatur Poëta, ac ſi in uno cavo totius poculi conſiſteret fabrica: Nam poſt ποίησον ſequitur βάθυνον ſuo jure: Hoc vident omnes. Et tamen fors operam perdimus, meliora obtrudentes ei, qui meliora adhibere noluit ipſe: Illud ὅσον δύνῃ, quid videtur? nonne nimium quoque inducit? Ubi ſcilicet ex ar-

gen-

Digitized by Google

Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ
Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ὠρίωνα·
Τί Πλειάδεσσι κἀμοὶ,
Τί δ' ἄστρασιν Βοώτεω;

Ποίη-

gento, quod integræ armaturæ poterat ſufficere, poculum ſibi fieri rogat Poëta, periculoſiſſimum certe eſt dicere, *Id cavum & profundum fac, quantum poſſibile eſt tibi:* Nam ſic pro poculo prodire poterat amphora, cui evacuandæ impar fuiſſet ipſe Cyclops unoculus: Et hoc igitur in his etiam non placet mihi. Antiquiſſimæ Florilegii Editiones Verſiculos duos,

Πανοπλίαν μὲν οὐχὶ,
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;

ignorant: Male profecto, ſi legamus reliqua, ut nunc leguntur vulgo: Sed ſi iſtis omiſſis ſcribamus,

Τὸν ἄργυρον χωνεύσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον
Ποτήριον τι κοῖλον,
Ὅσον δύνῃ, βαθύνων.

Quid cenſes? Nonne magis pudica & magis appoſita erit ſententia? De eo non dubitandum ſane. Plus dicam: Si legamus iiſdem Verſiculis omiſſis,

Τὸν ἄργυρον τορεύσας,
Ἥφαιστε, μοὶ ποίησον
Ποτήριον τι κοῖλον,
Ὅσον δύνῃ, βαθύνων.

ſententia adeo exaſciata erit & concinna, ut nihil revera ſit, quod vel naſutiſſimo in ea diſplicere poſſit: Nam ſic recte verba fiunt de uno poculo, quod, ut Artis regula requirit, Vulcanus tornaret primo, dein cælaret; & perquam conveniens eſt, βαθύνων ὅσον δύνῃ, quia tornus, quo fabricantur pocula, ejus menſuræ eſt, ut nunquam ab eo prodire poſſit poculum; quod latius & profundius eſt, quam Strenuus Bacchi Myſta in Sacris ſeverioribus ſibi deſideret: Quare Emphatice & abſque ullo nimii metu rogatur certe Nobilior Artifex a Corculo feſtivo, ut torno ſuo excavet poculum, quantum pote: Nihil certius, nihil evidentius. Et hæc igitur ſedulo conſideres, Lector; Ego nihil aſſevero, quia ignota mihi eſt Poëtæ indoles una cum ipſo Poëta.

7. Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ] Editiones Gellii Antiquæ,

Καὶ μὴ ποίει κατ' αὐτὸ,

Quod durum eſt & invenuſtum, ubi μὴ mox iterum atque iterum ſequi-

Inſculpitoque in illo
Non aſtra, plauſtrave ulla;
Triſtem nec Orionem;
Nam Pleiades quid ad me,

Quid

ſequitur. In Anthologia pro κατ' αὐτὸ legitur κατ' αὐτοῦ: Utrumque dicitur: Illud tamen frequentius, hoc rarius: Ipſi Tyrones ſciunt.

8. Μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας] Hæc ita vertunt Interpretes omnes, *Neque aſtra, neque plauſtra:* Adeo inepte, ut nihil magis: Quid enim? An Plauſtra non ſunt aſtra, & ita ſeparari poſſunt ea? Nugæ, & nugarum nugæ: Si Poëta dixiſſet Græce, quod illi dicunt Latine, puer decennis in Græcia non potuiſſet turpius & inficetius balbutire: Quis autem ea ſtupiditate hominem fuiſſe putet? Aliud deliteſcit, quod tribus verbis tibi aperiam: Græcis, & quidem Antiquis, ἄστρον abſolute dicitur Κύων: Canes autem ſunt duo; Unus major, alter minor: Major κύων vocatur, minor προκύων: Res eſt pueris nota. Hos autem intelligit Poëta ſine dubio, & κατ' ἐξοχὴν vocat ἄστρα: Sic nihil convenientius: Nam & Canes ab Orione non abſunt longe, & ſicuti ἄστρα, ita & ἁμάξας hic commemorantur πληθυντικῶς: Hoc vident & ſentiunt omnes. De voce κύων pro Cane quædam Salmaſius ad Solinum, quem adire potes, ſi velis: Nos ea de re plura etiam alibi.

10. 11. Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; Τί &c.] In aliis Libris hæc aliter efferuntur: Vaticanus peſſime,

Τί Πλειάδων μέλει μοι;
Τί γὰρ καλοῦ Βοώτεω;

Sed Verſiculum ibi tranſpoſitum, & Libros ſynceriores iſtius Commatis exhibuiſſe ſuſpicor,

Τί γὰρ καλοῦ Βοώτεω;
Τί Πλειάδων μέλει μοι;

Nam ſic tolerabilis eſt lectio, nec verba ſunt perplexa. Gellii Editiones Antiquæ,

Τί Πλειάδων μέλει μοι;
Τί δ' ἀστέρος Βοώτεω;

Recte etiam, ſi ἀστέρων pro ἀστέρος legas: Nam numerus ſingulus nimis exilis eſt, & gignit neſcio quid faſtidioſi: Stephanus tamen vulgatam præfert, quia ſimiliter præceſſit, Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί: Sed ratio illa nullius eſt momenti, neque neceſſe, ut iſta eodem modo ſeſe habeant: Quare ſumere potes ex duobus, quod maxime tibi placeat. Sed hoc leve: Addam aliud, quod

K pon-

Digitized by Google

Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ χρυσέους πατοῦντας,

Ομοῦ

ponderoſius certe: Attende, quæſo.: In ſuperioribus poſt Πανοπλίαν μὲν οὐχὶ, recte ſequitur Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί: Hoc certum & perſpicuum eſt. Quid autem? An poſt duos Verſus præcedentes recte veniunt hi duo ſequentes? Fateor, id ego non puto: Nam cum verba ita comparata ſint, ut rationem præcedentium etiam reddere videantur, plane aliud dicunt & præter exſpectationem revera ingerunt nova: Canes, Orion & Plauſtra, ut vides, ſunt in illis; Pleiades & Bootes ſunt in his: Id autem inconcinnum, præſertim ſi ut Stephanus voluit, hæc ipſa ſuperioribus accuratius reſpondeant, ideoque Τί Πλειάδεσσι κἀμοί; Τί δ' ἀστερόισιν Βοώτεω; ſyncerius videatur, quam alterum, Τί Πλειάδων μέλει μοι; Τί δ' ἀστέρων Βοώτεω; ſicuti modo diximus: Nam quo verba ſibi ſunt ſimiliora, eo majus eſt incommodum. Quæ etiam ratio eſt, quare Vaticanum, Τί γὰρ καλοῦ Βοώτεω, etiamſi transpoſitum, mihi omnium minime probari poſſet: Nam eo admiſſo, hæc ſuperioribus ſunt plane ſimillima, ut quiſque animadvertit ſtatim. Et hoc eſt, in quo iterum mihi non ſatisfacit Lyricus, qui ſi pudice orationem adornare voluiſſet, id facere debuiſſet hoc modo, Ποίει δέ μοι κατ' αὐτὸ μήτ' ἄστρα, μήθ' ἁμάξας, μηδ' Ὠρίωνα, ἢ Βοώτην· τί γὰρ ἀστράσι κἀμοί; ποιήσον ἀμπέλους &c. Nam ſic ſingula fuiſſent apta & concinna. Et in eo ſane melior eſt Florilegii ἔκδοσις, quæ hos duos Verſus non habet, & abſque ulla ſcabritie orationem commode & decenter nectit: An ab ipſo Odarii parente fortaſſe non profecti ſunt? Neſcio, quid reſpondebo, & dubius hæreo.

13. Κατ' αὐτὸ] Præceſſit jam κατ' αὐτὸ: Quare hoc nimium & ingratum eſt.

14. Καὶ χρυσέους πατοῦντας] Illud πατοῦντας poſt ἀμπέλους & βότρυας hic ita exſpectet nemo paulo humanior: Aliter ἔκδοσις Vaticana, quæ commode præmittit ea, quibus πατοῦντες huc arceſſuntur ſtatim: Inter alia enim habet,

Ποίει δὲ ληνὸν οἴνου.

Quod iſtos *calcantes* aperte deſiderat. Quid dicam? Si ita dedit Poëta, ut hic dediſſe creditur, ineptiit iterum ſatis inficete: Rectius etiam hac in parte Florilegii ἔκδοσις, quæ vinea ridente & pulchro Lyæo eſt contenta. Scis, quid tandem ſuſpicer de his? Prima Odarii ἔκδοσις eſt illa Florilegii,

Τὸν

Digitized by Google

Quid lucidus Bootes?
Vitem ſed & racemos
Inſculpe, cumque Baccho
Uvas
in ea laborant, adjuvemus una:

Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ Μαινάδας τρυγώσας·
Ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
Καὶ ληνοβάτας πατοῦντας,
Καὶ χρυσοῦς τοὺς Ερωτας,
Καὶ Κυθέρειαν γελῶσαν,
Ομοῦ καλῷ Λυαίῳ.

Τὸν ἄργυρον χαλκεύσας, vel τορνεύσας,
Ηφαιστε, μοὶ ποίησον,
Πανοπλίαν μὲν οὐχί·
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Οσον δύνῃ, βαθύνον.
Ποίει δέ μοι κατ' αὐτοῦ,
Μηδ' ἄστρα, μηδ' ἁμάξας,
Μὴ στυγνὸν Ωρίωνα,
Αλλ' ἀμπέλους χλοώσας,
Καὶ βότρυας γελῶντας,
Σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ.

Quæ longe melior & nitidior, ſi ut antea monuimus, neglectis duobus Verſiculis, qui in Editionibus Antiquiſſimis non habentur, principium conſtituamus vel hoc modo,

Τὸν ἄργυρον χαλκεύσας,
Ηφαιστε, μοὶ ποίησον
Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Οσον δύνῃ, βαθύνον.

vel potius altero illo,

Τὸν ἄργυρον τορνεύσας,
Ηφαιστε, μοὶ ποίησον
Ποτήριον δὲ κοῖλον,
Οσον δύνῃ, βαθύνον.

Hanc primam ἔκδοσιν interpolarunt poſtea Recentiores, & quidem duobus modis, quorum unus apud Gellium & hoc ipſo loco, alter in Libro Vaticano extat. Adſcribamus ἔκδοσιν Vaticanam ea parte, qua diſſidet, ut res apertior ſit, & quæ in ea laborant, adjuvemus una:

Ποίησον ἀμπέλους μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ,
Καὶ Μαινάδας τρυγώσας·
Ποίει δὲ ληνὸν οἴνου,
Καὶ ληνοβάτας πατοῦντας,
Καὶ χρυσοῦς τοὺς Ερωτας,
Καὶ Κυθέρειαν γελῶσαν,
Ομοῦ καλῷ Λυαίῳ.

Verſus ſextus mendum ingenue profitetur: Barneſius corrigit,

Χρυσέους τε τοὺς Ερωτας.

Male: Nam ſic uvas calcantes non nominantur, qui hic certe nominari debent. Legendum eſt ſine dubio,

Καὶ ληνοβάτας πατοῦντας
Τοὺς χρυσέους Ερωτας.

Mænades racemos decerperent, Cupidines lacum gubernarent & uvas calcarent: Nihil nunc appoſitum magis: Error natus ex diverſitate ſcripturæ, quam aliquis ad Marginem notaverat: Nam nullus ego dubito, quin Καὶ χρυσέους Ερωτας hic ſcriptum fuerit in Libris quibuſdam. χρύσεος dicitur de optimo & eximio quovis, ut Eruditi ſciunt: Et eo ſenſu pulchre Ερωτες hic dicuntur χρύσεοι: Aurei & optimi illi Cupidines: Interpretes vulgo peſſime vertunt *aureos*, ſignificatione propria & nativa: Nam nihil hic ex auro, ſed omnia ex argento. In Verſu ſep-

Digitized by Google

Ομῦ καλῷ Λυαίῳ,
Ερωτα καὶ Βάθυλλον.

Εἰς

ſeptimo mihi ſuſpectum eſt κυθέρων, quod ego magnopere dubito, an alibi ita extet: Apud Lucianum in Lapithis eſt, ſcio, Verſus ille Pentameter, Κρέσσων τῆς Κυθέρης ἠδ' αὖ τῆς Σελήνης: Sed ibi lepidiſſimus Auctor ridet miſelli Poëtaſtri ſtultitiam, illa ipſa recitando: Præterquam quod Κυθέρης ab Amanuenſibus manaſſe videatur, & ipſe Lucianus dediſſe Κυθήρης: Talia enim præter Σελήνης in illo Epigrammate plura: Scilicet bonus ille, ut quam benigniſſime de eo loquar, pro Spondeis vel Dactylis amabat impenſius Amphimacros, ideoque τῆς Κυθή non magis metuebat, quam τῆς Σελή, in uno eodemque Pentametro: Hoc perſpicuum eſt, & facit, ut locus Lucianeus nihil ne minimum probet. Sed bonum ſit Κυθέρων, & apud Alios reperiatur iſta forma; Quid eo poſito dicendum de Verſu? An pro Anacreontico hic habemus ἰσοδύναμον ex Choriambo & Bacchio? Haud puto, ubi de parte agitur, quam Recentior aliquis attexuit: Nam ille ſine dubio Anacreonticos Anacreonticis appoſuit, & Metrum, ex quo alia conſtant, non mutavit: Quare admiſſo Κυθέρων, nihilo minus corruptus eſt Verſus. Et quid igitur faciendum, ut reſplendeſcat? Dicam: Legendum eſt, vel

Καὶ Κυθέρειαν γελῶσαν

vel

Καὶ τὴν Κυθέρειαν γελῶσαν

ſi nomen ſit probe cuſum: Prius Dactylum habet in loco primo, poſterius Anapæſtum in loco ſecundo. Olim Κυθέραν pro Κυθέρειαν cum virgula tranſverſa pingebant Scribæ: Inde error facilis ac pronus. Et ſic ſatis emendata eſt ἐκδόσις Vaticana: Quam ubi comparo nunc cum Gelliana & hac Vulgata, meliorem certe & potiorem eſſe autumo: Nam ut Mænadum & Cupidinum gnavam ſolertiam, Veneris autem & Bacchi lætum ac jucundum præſidium mittam; putidiſſimum illud Schema, quod πατοῦντες produnt ita inexſpectati, ab ea abeſt plane, & ejus membra ſunt ſatis apte coagmentata. Inquies: Amanuenſium incuria fors unus Verſiculus ex Gelliana & hac Vulgata excidit, quam repetere debemus ex Vaticana, ut olim Meliores Libri iſtius ordinis habuerint,

Ποιήσον ἀμπέλυς μοι,
Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ
Ποίει δὲ ληνὸν οἴνυ,
Καὶ χρυσέυς πατῦντας,
Ομῦ καλῷ Λυαίῳ,
Ερωτα καὶ Βάθυλλον.

Si ita ſentire velis, per me licet: Sic Vulgata & Gelliana multum certe lucratur, & de palma fere cum

altera

Uvas ſimul prementes
Cupidinem & Bathyllum.

De

altera Vaticana certare poteſt: Nam ſatis elegans eſt in his illud, Καὶ χρυσέους πατοῦντας, Ομοῦ καλῷ Λυαίῳ, Ερωτα καὶ Βάθυλλον, ut quiſque videt: Quanquam, ut nunc ſtatim animadverto, illi ipſi Verſiculi ſic etiam minus apte collocati ſunt: Nam Ομοῦ καλῷ Λυαίῳ inter duos alios, ambiguum inducit, quod ſatis indecorum eſt, quia ſic ipſe Bacchus una cum Cupidine & Bathyllo uvas calcaſſe videtur, & ex operis præſide fit operis miniſter: Quod ſane abſonum eſt, & iſtam elegantiam minuit, quam in illis deprehendiſſe videbamur. An forte transponendus eſt Verſiculus, & ομοῦ καλῷ Λυαίῳ pro clauſula habendum? Sic ambiguitas longe quidem minor eſt, ſed longe tamen rectius in ἐκδόσει Vaticana ante Verſiculum iſtum poſtremum adeſt Καὶ Κυθέρειαν γελῶσαν. Uno verbo, Vaticana, quicquid facias, Gellianæ præſtat: Utramque autem vincit prima illa Florilegii, quæ ſimpliciſſima eſt, & eo ipſo ſe commendat omnibus, qui in his paulo acutius cernunt: Et hanc propter ipſam illam ſimplicitatem interpolarunt Homines Recentiores, qui præter florida & variegata ſcilicet amabant nihil: Inde igitur illa ſententiæ, & illa ſignorum Emblemata, ut genio ſuo ſatisfacerent belli. Hæc tandem mea eſt de his ſuſpicio. Et quid ergo dicendum de Gellio? Quid de Viris Eruditis, qui Gellium volutarunt? Lippierunt, lippierunt, ita vivam, tam hi, quam ille, & ſi unquam, certe tunc, cum iſta ſcriberet, verus fuit Noctium Scriptor. Eane ita egregia, ut nihil apud Latinos extiterit ſimile? Tale judicium ego, hercule, non fero de Gellianis: Ea vero, quæ in Florilegio extant, longe quidem meliora & ſynceriora eſſe puto, ſed nihil tamen etiam in illis, quod laudes meretur adeo inſanas. Utinam Grammaticus ille rectius judicaſſet, vel Viri Eruditi judicium Grammatici cautius lectitaſſent! Nam cum duce cæco nunc a recto tramite aberrarunt miſere. Sed an forte Gellius ipſam Florilegii ἐκδόσιν adſcripſit, & ea ex Aliis interpolata fuit ab audaciſſimis Librorum corruptoribus? Si ita ſentire velis, minor fit Gellii culpa, ſed ea Virorum Eruditorum, latiſſima manet: Fac, quod lubet: Ego judicium liberum, non judicium malevolum in his amo, & ad excuſandum non minus ſum propenſus, quam ad accuſandum, ſi modo juſta cauſa ſubſit, aut ſubeſſe ſaltem poſſit.

XVIII. Εἰς τὸ αὐτό.

Καλὴ τέχνα, τόρευσον
Εαρος κύπελλον ἡδύ,
Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρυσαν ὤρην·

Αργύ-

XVIII. 1. Καλὴ τέχνα τόρευσον] Verſus Anacreonticus: Nam prima in τέχνα anceps eſt, ut ipſi Pueri ſciunt. Sunt, quibus diſplicet τέχνα: Hi legere poſſunt τέχνη: Ego Joniſmos hic præciſe non requiro, aut Dorismos præciſe repudio. Barneſius ſtrenue ineptit: Apage illud,

Καλλίτεχνά, μοι τόρευσον.

Apage illud,

Καλλιτέχνης τόρευσον.

Ut de Metro non loquar, quod in his Anacreonticum eſſe mavult, quam aliud, dic, quæſo, an καλλιτέχνα pro καλὴ τέχνα ita allubeſcit tibi? Non equidem ſpero: Rem tribus verbis expediam: Cum Emphatice loqui volunt Græci, & inprimis Poëtæ, τοῖς πράγμασι utuntur ἀντὶ τῶν προσώπων: Hoc ſciunt Eruditiores; hoc ſtudio Poëta captavit hic: Nam inde eſt, quod miſſo Artifice alloquatur ipſam Artem, & pro καλλιτέχνα ſcripſerit καλὴ τέχνα, in quo floſculus eſt, non vitium ſcripturæ. Et quid igitur ineptius, quam illud abjicere, ut mercem malam? In Libris quibuſdam, fateor, καλλιτέχνα legebatur, ſed illi minus ſynceri, & ad alios reformandi: Scis, unde enata ſit lectio diverſa? Aliquis diligentior καλὴ τέχνα ad Marginem expoſuerat καλλιτέχνα: Iſta Notula irrepſit in Contextum, ſimulac ab Imperitioribus pro varia lectione fuit habita: Nihil pronius: Sic millies erratum.

2. Εαρος κύπελλον ἡδὺ] Noſtine Veris poculum, κύπελλον Εαρος? Vix puto, nec Schema placet. Sed elegans ſit; quid eo admiſſo, erit ſequens; Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν Ῥόδα φέρυσαν ὤρην? An τὰ πρῶτα pro πρῶτον ſcriptum eſt, & primo loco Anni Tempus Roſam ferens in poculo cælari jubet Lyricus? Hoc volunt Interpretes, ſed plane ridiculum eſt & ineptum: Nam ſic aliquid ſequi deberet primo, quod ad ordinem pertineret, & illud τὰ πρῶτα commode exciperet: Tale autem, ut vides, nihil hic: Dein ὤρην φέρυσαν ῥόδα haud dubie ſignificat ipſum Ver, ipſam Veris horam: Et quid igitur videtur? Ubi præceſſerat, τόρευσον ἔαρος κύπελλον, an

Digitized by Google

De eodem. E. AN.

Ars bella, delicatum
Scyphum mihi elabora
Argenteum: novum ver
Effinge, veris hora,
Hora roſas ferente,

Ro-

recte ſequitur iſta forma, ἄρλω φέρωνται ῥόδα? Et hoc non dixeris ſane, ſi paulo ſis humanior: Nam nihil inconditum magis aut inficetum. Apage, apage nugas, quæ ab ipſo Poëta non potuerunt proficiſci, ſed abſque ullo dubio ab Amanuenſium peſſimis profectæ ſunt. Locus eſt corruptus, & legendum mutata unica literula,

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἔαρ ἐς κύπελλον ἤδη,
Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρωνται ἄρλω.

Sic nihil facilius aut emaculatius: τόρευσον ἐς κύπελλον ἔαρ, ἄρλω φέρωνται ῥόδα, τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν: In poculo Ver cælato, Tempus Anni roſam ferens, primas illas delicias noſtras. Qui hoc non probat, nihil probabit unquam. ἐς κύπελλον ſcriptum pro ἐν κυπέλλῳ: Ita Græci millies, & inprimis politiores Attici. Tanaquillus Faber, cui ἔαρ κύπελλον etiam diſplicuit, legendum ſuſpicabatur,

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἐμοὶ κύπελλον ἤδη.
Τὰ πρῶτα &c.

Audacter & inepte, ut nunc omnes & ſinguli vident. Barneſius ἔαρ non improbavit, ſed inſerta litera produxit, ut ſic Verſus Anacreonticus fieret Trochaicus: Quod nonne egregium & vere Barneſianum?

4. Ῥόδα φέρωνται ἄρλω] An Verſus eſt liberior ex Pæone quarto & Bacchio? Hoc verum forte: Alias legendum,

Ῥόδον φέρωνται ἄρην.

In Codice Vaticano erat ῥόδο, quod ῥόδον promittit: Nihil planius aut facilius. Sic autem τὰ πρῶτα τερπνὰ non minus bonum eſt, quam ſi legatur ῥόδα: Nam in numeris ita variant ſæpe Poëtæ, & qui Poëtas in ſcribendo imitantur: Eruditi ſciunt, & nota res eſt. Fors tamen ῥόδον ideo mutatum in ῥόδα a Grammaticorum fungis, quorum conſuetudinem noſti. Illud τερπνὰ ἡμῖν hiat, ut in Ode 10. σὺ σὶ, & alia quædam in his: Quare neſcio, cur terſus ille Barneſius id mutuebat hic. Sed ita forte bonus, ut nullibi ſibi eſſet ſimilis.

5. Ἀργύ-

Digitized by Google

Ἀργύρεον δ' ἁπλώσας,
Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν.
Τῶν τελετῶν παραινῶ
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα.
Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον
Βάκχον Εὔϊον ἡμῖν.

Μύστις

5. Ἀργύρεον δ' ἁπλώσας] ἀργύρεον ἁπλῶσαι ſignificat argentum explicare, argentum malleo ducere, argentum in laminam tenuare, ut Plinius loquitur: Hoc certum eſt, & nemo negabit ſanus. Et quid igitur præcedens τόρευσον? An primo Artifex cælaret poculum, dein argentum malleo explicaret, ut poculum ex eo faceret? Nihil iterum ineptius, & eadem hæc ἀτοπία, quam Ode præcedenti caſtigavimus. Si autem alia præter τόρευσον & ἁπλώσας conſideres, in illis nexus etiam eſt nullus: Nam ubi Poëta Ver & Roſam Veris gaudium, in poculo cælari juſſerat, ut ſibi potanti eſſet ſuavius, continuo ſubjicit, ac ſi nihil tale præceſſiſſet,

Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν·
Τῶν τελετῶν παραινῶ,
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα.
Μᾶλλον ποίει &c.

Quod ſane abſurdiſſimum eſt, & ἀσυστασίαν inducit peſſimam: Quare locus hic eo reſpectu adhuc deterior eſt loco ſimili. Et tamen hæc etiam ita lecta fuerunt hactenus ab omnibus Viris Eruditis: Vix crederem, niſi his oculis meis viderem. Dicam paucis, quod res eſt, & non tantum ſana ratio, ſed etiam loquendi norma poſtulat: Duo fragmenta duorum Odariorum hic peſſime coaluerunt Amanuenſium culpa: Partem unius exhibent quatuor primi Verſiculi,

Καλὴ τέχνα τόρευσον
Ἔαρ ἐς κύπελλον ἡδὺ,
Τὰ πρῶτα τερπνὰ ἡμῖν
Ῥόδα φέρουσαν ὥρην.

qui nunc ſoli de toto Odario reſtant: Omnes alii ſequentes ad Odarium pertinent alterum, cujus partem hic ſine dubio habemus longe maximam: Nam pauca tantum a capite abſunt, & non plures forte, quam duo vel tres Verſiculi.

Sic

Digitized by Google

Roſas quibus nec ulla
Mihi prior voluptas.
Id vero ubi explicaris,
Affinge potionem,
Dulciſſimam ſed illam.
Nefarium ſacrorum
Ritum aufer exterum, nec
Sit triſtis ulla imago.

Cæla-

Sic omnes ineptiæ exulant ſtatim, & ſeparata dicunt, quod debent. Erunt, qui pro Αργύρεον δ' ἁπλώσας legent Αργύρεον ἁπλώσας, ut ſic demta particula integrum Odarium ex iſtis Verſiculis exeat: Sed id ego certe non probaverim: Nam ut Odarium præcedens, & quatuor Verſiculi Odarii amiſſi aperte oſtendunt, neceſſe ut in principio Artificem alloquatur Poëta vel nomine proprio vel nomine ſaltem appellativo: Id autem non factum in his, ſed factum in illis, quæ interciderunt. Adhæc δὲ & ſententia imperfecta apprime convenit, quia ſic occaſio confuſionis facilius ſeſe prodit. Quare ne literam mutemus, & factam jacturam agnoſcamus modo ſolam.

6. Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν] *Potum redde mihi jucundum:* Fac, ut jucunde potem: Ita hoc legendum & intelligendum eſt: Qui πότον ſcribunt mutato accentu, & id *poculum* interpretantur, ſplendide nugantur: Nam iſta ſignificatio inaudita eſt. In Libro Vaticano legebatur,

Ποτὸν πίοιμι τερπνόν.

Peſſime & contra ipſas leges Syntacticas. An tamen in Libris quibusdam ea, quæ amiſimus, lectionem illam ſtatuminabant? Hoc ſane verum eſſe poſſet.

10. Μᾶλλον ποίει &c.] Flacceſcit μᾶλλον, nec ſatis etiam congrua ſunt illa,

Τῶν πιλιτῶν παρεμινᾶ,
Μή μοι ξένον τορεύσῃς,
Μὴ φευκτὸν ἱστόρημα·

ubi præceſſerat,

Ποτὸν ποίει μοι τερπνόν.

Nam ſic jucunda & læta debuiſſent unice & principaliter commemorari: Et hoc ipſi Poëtæ imputandum, qui non fuit ex numero Elegantiorum. Alterius fuiſſe puto Odarium, cujus particula præcedit: Nam alius eſt verborum Character, & Poëtam meliorem ac faciliorem prodere viden-

Digitized by Google

Μύσις νάματος ἡ Κύπρις
Υμεναίοις κροτοῦσα.
Χάρασσ' Ερωτας ἀνόπλους,
Καὶ Χάριτας γελῶσας
Υπ' ἄμπελον εὐπέταλον,
Εὔβοτρυον, κομῶσαν.

Σύν-

videntur illa reſidua. Attende, attende: Videbis, ſi in his paulo oculatior es.

12. *Μύσις νάματος ἡ Κύπρις Υμεναίοις κροτοῦσα*] Hæc dubio procul corrupta ſunt: Erudita Tanaquilli Filia legebat,

> *Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον*
> *Βάκχον Εὔιον ἡμῖν*
> *Μύστην νάματος, ἢ Κύπριν*
> *Υμεναίοις κροτοῦσαν.*

Perperam certe: Nam primo, diſpertita oratio vitium alit manifeſtum, quia nec Bacchum ſine Venere, nec Venerem ſine Baccho hic conſpicere volebat Poëta, ut luce meridiana clarius ſequentia probant; ideoque ſi vel Bacchum ſolum, vel Venerem ſolam exhibuiſſet poculum, non niſi voluptatis dimidium propinaſſet, & una cum Venere Amores inermes ab eo exulare debuiſſent ſtatim. Dein, inepte Bacchus dicitur *νάματος μύστης*: Nam ſic vini Præſes ſit vini Miniſter, & ex Deo facimus Dei Sacerdotem. Barneſius, fateor, *μύστην* ita interpretatur, ut nihil hactenus ſit accommodatius; Sed Græce docti ſero homini adſentientur, credo: Nam quis unquam *μύστην* expoſuit *datorem*, aut ſimilem *σημασίαν* voci tribuit? Nemo hercule, nemo: *μύστης* eſt miniſter ſecretior, myſta, ſacerdos, ut diximus omneſque ſciunt: Hæc autem aliena plane ab hoc loco ita ſcripto: Quare commentum illud muliebre non uno modo peccat. Aliud mihi ſuboluit, ſimulac locum attigi, quod longe acutius longeque exaſciatius: Conjectabar ſcilicet,

> *Μᾶλλον ποίει Διὸς γόνον,*
> *Βάκχον Εὔιον ἡμῖν.*
> *Μύσις νάματος ἢ Κύπρις,*
> *Υμεναίοις κροτοῦσα.*

Quod ne nunc diſplicet, & Abbati Foſſeo, qui Anacreontem Gallice edidit, etiam in mentem veniſſe poſtea didici: Lectio eſt ſatis perſpicua

&

Cælato vero nobis
Prolem Jovis Lyæum;
Dulcemque temperato
Myſtis Venus liquorem,
Quæ nuptiis amica.
Inſculpe Amorem inermem,
Et Gratias jocantes
Vitis ſacræ ſub umbra,
Pendentibus racemis

Et

& ſatis etiam apposita pro hujus Poëtæ captu: Baccho vinum miniſtraret ipſa Venus; Baccho bibenti pocula præberet Amorculorum Mater; Liquoris Bacchici ſacerdos eſſet ipſa Cytherea: μύστις ſic accommodum eſt, & ipſa ἔννοια certe non invenuſta. De verborum ſtructura idem judicium ferre non poſſumus: Nam & ἡ iſta forma, ubi ποίει immediate præcedit & χάρισσι immediate ſequitur, orationis cohærentiam exaſperat, & νάματος nimis ſane abruptum eſt, ubi nihil præmittitur, quod vocem ita abſolute exſpectare jubeat: Poëta terſior & orationem melius continuaſſet, & non Euium ἁπλῶς, ſed Euium bibentem ſcyphiſque intentum, nobis dediſſet plenius, ut ſic commode μύστις νάματος ſeſe ſiſteret ſtatim: Elegantiores ita ſentient mecum; Alios non curo. Illud addendum: Ὑμεναίοις κροτοῦσα vertere debes *Hymenæis plaudens*: Ὑμέναιοι ſcilicet hic non ſunt nuptiæ, ſed nuptiarum Dii Minores, qui in poculo etiam adeſſent, & quibus amice plauderet Venus, jucunda illa Bacchi Miniſtra: Ita legendum & intelligendum hoc: In Libro Vaticano ſcriptum erat, Ὑμβραίοις κροτοῦσα: Quod minus Emphaticum eſt, & nemo ſanus hic præferet alteri.

14. Χάρισσ' Ἔρωτας ἀνόπλους] Verſus Anacreonticus cum Anapæſto vel Tribrachy in tertia ſede. Barneſius, ut unum Cupidinem conſpiceret, multos haud dubie metuens, legebat, & quidem in ipſo Contextu more ſuo,

Χάρισσ' Ἔρωτ' ἄνοπλον.

Vix riſum contineo.

17. Κομῶσαν] Ubi εὐπέταλον præcedit, Tautologum eſt κομῶσαν: An forte legendum γανῶσαν, id eſt, nitentem & vigore ſuo lætitiam oculis afferentem? Vide & judica: Ego nihil aſſevero, & ipſum Poëtam hic peccaſſe ſuſpicari fere malo.

Σύναπτε κούρους εὐπρεπεῖς,
Αν μὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.

XIX.

Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.

Η γῆ μέλαινα πίνει,
Πίνει δὲ δένδρε' αὐτὴν,
Πίνει θάλασσα δ' αὔρας,
Ο δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον σελήνη.
Τί μοι μάχεσθ', ἑταῖροι,
Κ' αὐτῷ θέλοντι πίνειν;

Εἰς

18. Σύναπτε] Verbum durum & improprium de cælo & cælatura: Nam nihil in illis, quod τῷ συνάπτειν conveniat: χάραγμασι præcedit recte, & congruum eſt Arti. An eo reſpexit fortaſſe Faber verbum improbans?

19. Αν μὴ Φοῖβος ἀθύρῃ.] Hoc nimis figuratum & παρακεκινδυνευμένον eſt: Nam Phæbus non poterat adeſſe, quia Poëta non juſſerat Artifici cælare Phæbum cum aliis Cælicolis: Qui adeſſent, qui abeſſent, hic ab unius Lyrici arbitrio pendebat, neque alios ſculpere poterat Artifex, quam illos ipſos, quorum conſortio delectabatur Poëta: Hoc certum & indubitatum eſt: Nimium igitur ſibi indulſit Homo, cum hæc ita adornavit, ac ſi Phæbus non vocatus hic adeſſe poſſet: In vita communi id optime procedit, non in re cælo expreſſa vel exprimenda: Eruditiores ſentiunt ſtatim.

XIX. 2. Πίνει δὲ δένδρε' αὐτὴν] Inepta.

Digitized by Google

Et pampino frequentis.
His inſuper venuſtos,
Ni Phœbus ipſe ludat,
Addas velim juvencos.

Bibendum eſſe. H. ST.

Fœcunda terra potat,
Hanc arboreſque potant;
Et potat æquor auras,
Phœbuſque potat æquor,
Ipſumque Luna Phœbum.
Quid ergo vos, ſodales,
Potare me vetatis?

De

Inepta locutio: Arbores non bibunt terram, ſed humorem in terra occluſum, quo ita delectantur ſolo, ut etiam extra terram vivere & luxuriari poſſent, ſi humor ille larga copia ſuppeteret: Res eſt, quam omnes hodie ſciunt: Quare neque bonus Poeta, neque bonus fuit Philoſophus, qui hæc ſcripſit. In Libro Vaticano exaratum erat,

Πίνει δένδρεα δ᾽ αὐτήν.

Recte, ſi pro Verſu Anacreontico Verſum Pherecratium habere velis.

5. Τὸν δ᾽ ἥλιον σελήνη] Hoc etiam, ut præcedens illud, ineptum eſt: An Luna bibit Solem, quia lucem ab eo mutuatur, & lux pro potu haberi poteſt? Nugæ, nugæ. Καταπίνειν pro *abſorberi* ſumtum apud Græcos, notant hic Interpretes, ut duritiem mitigent, credo: Sed quid illud, ubi de potu ſermo eſt, & ad potum collimant ſingula? Ut breviter dicam, quod res eſt; ineptiit Poëta hæc ita pangens, & indignus eſt, cui patrocinetur quiſquam.

XX. Εἰς κόρην.

Η Ταντάλου ποτ' ἔστη
Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις·
Καὶ παῖς ποτ' ὄρνις ἔπτη
Πανδίονος χελιδών.
Εγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην,
Οπως ἀεὶ βλέπῃς με.
Εγὼ χιτὼν γενοίμην,
Οπως ἀεὶ φορῇς με.
Υδωρ θέλω γενέσθαι,
Οπως σε χρῶτα λούσω.
Μύρον, γύναι, γενοίμην,
Οπως ἐγώ σ' ἀλείφω.
Καὶ ταινίη δὲ μαστῶν,
Καὶ μάργαρον τραχήλῳ,
Καὶ σάνδαλον γενοίμην,

Μόνον

XX. Η Ταντάλου πότ' ἔστη Λίθος Φρυγῶν ἐν ὄχθαις] Non quadrat hic Niobes exemplum : Nam ea formam non mutavit, ſed in lapidem diriguit, & mulier in monte Sipylo ſtetit: Vide Mythologos & Poëtas, quotquot ſunt. Si mentem habuiſſet Odarii Auctor, Proteum & Periclymenum hic debuiſſet commemorare, qui ut notum eſt, in quaslibet formas ſeſe mutare poterant ambo : Nam ſic non modo votorum

Digitized by Google

De puella. H. ST.

Nioben ſtetiſſe dicunt
Saxum ad fluenta Trojæ:
Pandioniſque fertur
Hirundo facta quondam
Novis volaſſe pennis:
Speculum ſed ipſe fiam,
Ut uſque ſpecter a te.
Veſtis, puella, fiam,
Ut uſque geſter a te.
Liquor eſſe purus optem,
Lavem tuos ut artus.
Unguentum & eſſe molle,
Artus tuos ut ungam.
Aut ſim monile collo,
Strophium aut tuis papillis.
Sim calceus, tua me

Sal-

rum ſuorum habuiſſet παιδίσκων, ſed etiam vir a viris duxiſſet exemplum, non a mulierculis, ut nunc ſatis inſulſe facit: Quare hic ſtatim in principio duplex eſt Lyrici minus eruditi peccatum. Illud Φρυγῶν ἐν ὄχθαις Tanaquillus Faber recte vertit *in ſaxis Phrygum*: Vide eum, ſi volupe: Ego quæ Alii ſcripſerunt, deſcribere nolo.

6. Οὕτως ἀεὶ βλέπῃς με] Nimium eſt ἀεὶ de ſpeculo: De tunica mox ſtru-

Digitized by Google

Μόνον ποσὶν πατεῖν με.

XXI. Εἰς ἑαυτόν.

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί·
Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Προποθεὶς ἀναστενάζω.
Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου·

Στεφά-

frugalius ſequitur: Alia autem rectius ignorant vocem: Ita ſolent, qui venam non habent facilem, & verba quærunt, ut Verſus oppleant.

16. *Μόνον ποσὶν πατεῖν με*] Si ad præcedentia & indolem Sermonis attendas, facile videbis mecum, hæc Metri neceſſitate etiam extorta eſſe homini pauperioris ingenii: Nam dura certa ſunt & coacta.

XXI. 3. 4. *Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη Προποθεὶς ἀναστενάζω*] Interpretes *καύματος* de æſtu Solis accipiunt, & *προποθεὶς* de ariditate explicant, quam æſtus ille gignit: Male, ſi quid ego in his video: Nam ubi *προποθεὶς* occurrit pro *prius epotus*, *ante exſiccatus*? Dein, ſi ita alicubi occurreret, quid hic *προποθεὶς* de homine, qui æſtu calet? Nugæ, nugæ. Aliud latet, quod verbo aperiam: In virorum cœtu largius propinatum erat Poëtæ; quod cum æſtum excitaret ei, & ebrietatem induceret, inde ſe proripiens ad mulierculas accedit, ibique dicit & facit, quod hic audimus & videmus: Sic nihil convenientius aut naturalius: Nam *προποθεὶς* a *προπίνομαι* id apud Græcos ſignificat, quod dico, ut nemo neſcit: Æſtus autem vini hic longe decentior eſt, quam æſtus Solis, quem metuere ſolent *θερισταὶ* & qui ſub dio ſudant in opere. Jungendum vero *ὑπὸ καύματος ἀναστενάζω*, ut ſenſus ſit bonus, & *προποθεὶς* dicere poſſit, quod debeat: Hoc apertum. Solent ſemiebrii & qui ad ebrietatem proxime accedunt, leviori eſſe ingenio, & ut ſitim expellant, idipſum avidius ingerere, quod ſitim illis excitavit: Id imitatus eſt Poeta in hoc Odario, & ab Interpretibus non animadverſum, eos induxit in errorem: Nam hominem, cui ſtrenue propinatum erat, non exiſtimarunt

Digitized by Google

Saltem teraſque planta.

In ſeipſum. E. AN.

Date mi, date, ô puellæ,
Cyathum, ut bibam, Lyæi.
Quia me bibit quoque ipſum
Calor aridus jam, & ægre
Animam trahens anhelo.
Date floſculos Lyæi,

Date

marunt hauſtus largiores ſibi petiturum, ideoque Sermonis uſu neglecto locum explicuerunt ad captum ſuum: Utinam vel vitam communem conſuluiſſent, vel ſi nimium illis videretur iſtud præcedens,

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἀμυστί.

pro eo ſcripſiſſent,

Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες,
Βρομίου πιεῖν ἄμυστιν.

ab errore ſic ſe præſtare potuiſſent immunes: Nam ἄμυστιν adjecta literula, omne nimium tollit, & hauſtus Threicios indefinitos ad unum redigit certum: Vident omnes, & ſpecioſa ſane eſt conjectura: Nam verba ſic optime etiam cohærent. Ego tamen vulgatam unice probo, & indefinitum illud non metuo, ſed diligo, quia levitatem hominis ſemiebrii ad vivum exprimit. In Libro Vaticano pro προποθεὶς ſcriptum erat πυρωθεὶς: Scis, unde enata ſit lectio illa? Grammaticus Antiquus vocem προποθεὶς explicuit, ut nunc faciunt Interpretes noſtri: Quæ explicatio cum ad Marginem ſcripta eſſet, irrepſit in Contextum, & vocem explicitam ſedibus ſuis expulit. Illud addendum: Loco nunc rite intellecto, aptum eſt, quod de coronis ſequitur: Nam illæ contra calorem vini, non contra calorem cæli ſumebantur certe: Pueri ſciunt & nihil notius.

5. Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνου] Quo pertinet ἐκείνου? An ad præcedens Βρομίου? Ita ſentiunt Interpretes, ſed perperam & inſulſe? Nam ut nihil aliud dicam, vox ibi non deſignat Deum, ſed vinum, Metonymia notiſſima. Et quid igitur adeſt, ſi illud demas, quo pertinere poſſit? Nihil certe, nihil. Locus haud dubie eſt corruptus, & veriſſime

Digitized by Google

Στεφάνους δ', οἵους πυκάζω,
Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει·
Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ τινὶ σκεπάζω.

Εἰς.

ſcripſit Tanaquillus Faber,

Δότε δ' ἀνθέων ὀπωίνων.

Date mihi de iſtis floribus: Quos digito nempe demonſtrat Poëta, cum ibi forte in cænaculo apud ſuaviculas eſſent.

6. Στεφάνους δ', οἵους πυκάζω, Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει] Abundat particula, & ſine dubio legendum eſt magis rotunde,

Δότε δ' ἀνθέων ὀπωίνων·
Στεφάνους, οἵους πυκάζω,
Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.

De Muliercularum floſculis nunc meliora ſibi promittebat bonus, quam de floſculis ſuis: Heus puellæ, de iſtis floſculis veſtris date mihi: Nam frons vehementer æſtuans omnes meos adurit ſtatim: ἔννοια eſt non illepida. Fuerunt, qui teſte Stephano legebant,

Δότε δ' ἀνθέων ὀπωίνων,
Στεφάνους ὅπως πυκάζω·
Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.

Et ſic etiam, quod Tanaquillus Faber non animadvertit, Elias Andreas hic in Verſione ſua: Lectio eſt inepta, & cum vulgata minime comparanda: Nam Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει pravum eſt abſolute, quia præceſſit jam,

Ὑπὸ καύματος γὰρ ἤδη
Προπαθὴς ἀναστινάζω.

& iſtis duobus nimium ingeritur, & revera bis idem dicitur. In Libro Vaticano pro 'πικαίει ſcribitur 'πικαίω: Quod aperte corruptum eſt, & dignum ipſa Morbonia. Fateor, legi poſſet,

Στεφάνους, οἵοις πυκάζω
Τὰ μέτωπά μου, 'πικαίω.

Sed ſic indecenter pro fronte adurente habemus Poëtam adurentem: *Corollas, quibus frontem ſtipo, ego accendo*: Contra æſtum Bacchi coronis cingebat caput: Has coronas non exurebat caput cinctum, ſed Poëta cingens: Qui attendit, videt ſtatim, hoc incongruum eſſe & male moratum. Vulgata lectio corollas, quas ſtipabat Poëta, a capite exuri perbene & peropportune ait: Quare demta particula, optima ſane eſt, & eam mutabit nemo, cui cor recte ſalit.

8. Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων Κραδίῃ τινὶ σκεπάζω.] Sententia peccat, ſive vulgatam hanc ſcripturam ſerves, ſive cum Tanaquillo Fabro legas,

Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ ἐνισκεπάζω.

Quid

Date ſerta queis calentem
Amo frigerare frontem.
Penitiſſimos amorum
Aliter tego calores,
Alioque condo corde.

In

Quid enim? An amorum æſtum poterat in corde ſuo condere Poëta, & recipiendo amorum æſtui ſufficiebat cor hominis laſcivi? Vini calores ſuſtinere non poterat caput: An amorum calores ſuſtinere poterat pectus? Abſit, abſit, ut vel ipſum Anacreontem, vel alium quempiam, qui his ludicris vacavit, ita ſenſiſſe credam. Qui amores in corde poteſt condere, amoribus modum ponit, & amores vincit, non ab amoribus vincitur: Ita autem nemo natus fuit unquam inter laſciviſſimos Græculos, aut naſci voluit. Tot illi amoribus erant dediti, ut vere exclamarent, eorum numerum numero carere, flammaſque nullo corde contineri aut recipi poſſe: Hoc indubitatum eſt; hoc Lyrico etiam placuit huic. Quare ineptit Faber, ineptiunt Alii, qui locum ita conſtituunt. Sine dubio pro oratione directa requiritur oratio obliqua, quam ſua ætate jam quibuſdam placuiſſe notat Henricus Stephanus: Si ſcribas enim,

Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ ἐνὶ σκεπάζω;

ſtatim omne illud poſſibile ad impoſſibile redigitur, & ſententia inducitur priori contraria: Interrogatio ſcilicet millies vim negandi habet, & hic negat revera: *Æſtum vero amorum quo corde tego?* id eſt, corde nullus ego tegere poſſum. κραδίῃ ἐνὶ in oratione directa non injuria diſplicebat Fabro: Id in oratione obliqua, ut vides, nunc mire quadrat: Cor unum eſt, ſed ejus magnitudo, & ejus robur non unum: His enim anguſtum, illis amplum; his durum & firmum, illis molle & imbecillum a natura datum eſt: Eo hæc Phraſis, & aliæ ſimiles de animo & animi viribus pertinent: Hoc exploratum eſt, & difficultas hactenus nulla. Verumenimvero quid eſt illud σκεπάζω καῦμα? An quis *calorem* recte dici poteſt *tegere*? An ipſe *calor* recte *tegi*? Haud puto: Nam calor non eſt inter ea, quæ tegi ſolent, & contra calorem aliquis ſe recte tegit, non ipſum calorem recte tegit: Attende; hoc ſenties ſtatim. Fateor, Tanaquillus Faber ſuum Κραδίῃ ἐνισκεπάζω, quod ad rem ipſam attinet, non male explicat, *in corde condo*: Quo exemplo aliquis hoc Κραδίῃ ἐνὶ σκεπάζω, ſimiliter explicare poſſet, *in quo corde condo*: Sed

XXII. Εἰς Βάθυλλον.

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
Κάθισον· καλὸν τὸ δένδρον·
Απαλὰς σίει δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ·

Παρὰ

ſi ad Sermonis indolem attendamus, errat Vir Eruditus, & erraret, qui veſtigia ejus premeret: Nam σκεπάζω pro *condo* non dicunt Græci, neque verbum ea notione reperitur. Et quid igitur? An minus exaſciate locutus fuit Lyricus? Poteſt, ſed vix credo: Nam non illepidus certe fuit aut invenuſtus, qui hæc pepigit. Fallor, aut Amanuenſes hic fecerunt, quod ſolent: Videamus: An legendum?

Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ τινὶ στεγάζω;

Sic certe incommodum illud, quod σκεπάζω gignit, abeſſet plane, & ſententia apta foret & accommoda: Nam στέγω & στεγάζω pro *contineo*, *patior*, *ſuffero* uſurpant Græci, ut nemo neſcit: Auctor Anonymus apud Suidam in V. Στέγει: Τὸν καυσικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει, ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος. Apprime ad hunc locum: Alia prætereo ſciens. An hoc igitur ſubſtituendum? Id ego adſeverarem, niſi aliud iterum incommodum ex verbis præcedentibus emergeret, quod non modo noſtrum στεγάζω, ſed etiam vulgatum σκεπάζω, quamvis pro *condo* accipi poſſet, æqualiter premit: Quod ſcilicet de amoris æſtu utroque modo dicitur, non congruit cum eo, quod de vini æſtu præcedit: Corollas petit Poëta, ut vini æſtum diſſipet ac frangat: Amoris æſtum ſe vel in corde ſuo condere, vel corde continere & ſufferre poſſe negat: Ut vides, σκεπάζειν & στεγάζειν non præſtant in amoris æſtu, quod corollæ præſtarent in æſtu vini: Nam ſi quod impoſſibile erat, poſſibile fieret, in omnem eventum Lyricus ignem amoris vel in corde ſuo conderet, vel corde contineret & ſufferret modo, non diſſiparet ac frangeret: Hoc autem inconditum, quia ut caloris, ita remedii requiritur ſimilitudo, & quod de uno dicitur, de altero etiam dicendum eſt, ſi verba habebunt numeros ſuos & nitebunt vere: Elegantiores vident, neque inficias ibunt. Quare aliud requiritur, & in

In Bathyllum. E. AN.

Agedum Bathylli ad umbram
Statue arborem virentem.
Agitet comaſque molles,
Teneræ ſonentque frondes,

Prope

in ſuſpicione mea non magis, quam in lectione vulgivaga acquieſcere poſſum: Ut brevis ſim, ſcribendum opinor plane,

Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων
Κραδίῃ τίνι σκεδάζω;

Quod certe ſimilitudinem illam inducit, & utrumque incommodum tollit plane: *Æſtum vero amorum quo corde diſſipo?* Κραδίη pro animo & animi efficacia ac robore, ut Eruditi ſciunt, venuſte ſumitur aliquando, & ita hoc loco ſumi debet: Elegans autem eſt *σκεδάζειν* de calore, quia calor revera evaneſcit, quando particulæ, in quibus calor ineſt, diſſipantur: Nihil naturalius. *σκεδάζειν μερίμνας* in his, *σκεδάζειν φίλους*, & alia id genus, ſimiliter offendimus apud alios vel magis vel minus figurate. Quare nunc optima eſt ſententia, & verba etiam optime habent: Neque aliter, ut nuper opportune didici, locum conſtituit Abbas Regnerius, qui Anacreontica hæc Gallice vertit: Quod ego lubens ſane moneo, ne quemquam laude ſua defraudaſſe videar. Alius Interpres Gallicus, quem bonus Barneſius ſequitur, locum ita finxerat,

Τὸ δὲ καῦμα τῶν ἐρώτων,
Κραδίῃ, τίνι σκεπάζω;

Quod adeo ineptum, ut nihil magis: Nam quid *κραδίῃ* hic *κλητικῶς*? Quid *τίνι* abſolute? Iſtane vel ſententia, vel Linguæ uſus ferre poteſt? Apage, apage nugas, quæ ſtomachum mihi cient, & ipſis pueris ſunt indignæ. In Codice Vaticano *σκεπάσω* paulo depravatius ſcriptum erat pro *σκεπάζω*.

XXII. 1. *Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε*] In Libris Stephani legebatur etiam *Βάθυλλε*: Quo nihil revera ineptius. Andreas Interpres hic in Verſione Latina totam Odarii Scenam invertit: Id vident omnes. An hominem forte fefellit iſtud ſcripturæ vitium? Neſcio, quid dicam, & lectionem ſynceram, vellem ſecutus fuiſſet preſſe.

3. *Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας*] Ita Henricus Stephanus: Alii pro *σείει* ediderunt

Digitized by Google

Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει
Πηγὴ ῥέουσα πειθοῦς.
Τίς ἂν οὖν ὁρῶν παρέλθοι

Κατα-

runt σείει: Res eodem redit: Nam Diphthongus corripi poteſt a Diphthongo. Liber Vaticanus ſcribit,

Ἁπαλὰς δ' ἔσειε χαίτας.

Ingrate & perperam.

5. Παρὰ δ' αὐτῷ ἐρεθίζει Πηγὴ &c.] Vertas, *Juxta eam vero irritat fons Suadæ fluens*: Nam ἐρεθίζειν *irritare* ſignificat, & verbum medium eſt, quod tam in bonam, quam in malam partem accipi poteſt. Mala ejus ſignificatio frequens eſt & uſu trita; bona ſecretior & rarior: Ejus autem exemplum hoc ipſo loco. πηγὴ ἐρεθίζει: Qua ratione & quo modo? ῥέουσα πειθοῦς, id eſt, ipſa ſua eundi dulcedine & Suada. Similiter Anacreon, ſi credamus Athenæo, Muſicam vocavit συμποσίων ἐρέθισμα, id eſt, *conviviorum irritamentum*; quia ejus modulis excitantur convivæ, & animatur ipſum convivium. Neque aliter intelligenda εὐκελάδων χορῶν ἐρεθίσμασι, de quibus Comicus in Athenarum Encomio: Nullibi irritabant magis Chori, quam in Urbe Palladis, quia nullibi erant adeo ſonori & εὐκέλαδοι. ἐρέθειν ᾠδὰν, quod in Theocriti Piſcatoribus offendimus, etiam Characterem habet bonum: qui canunt, ipſo cantu irritant cantum, quia numeri primi faciunt, ut alii facilius ſequantur, & poſt cantum inchoatum creſcunt vires ipſius cantus: Elegantiſſima & Emphatica eſt locutio. Alia prætereo, & hæc ipſa ſumo, quia Caſaubonus in Animadverſionibus ad Athenæum *Lib*. 8. *Cap*. 4. ea una cum hoc loco accepit perperam: Scilicet ἐρεθίζει hic vertit *ſuſurro oblectat*, & alia ſimiliter de numerorum oblectamento explicat: Perperam, ut dixi: Nam *oblectare* ab *irritare* longe diſtat, & in ἐρεθίζει aliiſque commemoratis proprie ſuſurrus vel numeri ſunt nulli. Plura alias, quando examinabimus etiam accuratius fragmentum illud Timoclis ex ejus Sapphone,

Ὁ Σμισγόλας οὐ προσιέναι σοι φαίνεται,
Ἀνθοῦσι τοῖς νέοισιν ἠρεθισμένος.

Quod certe de Muſicis aut re Muſica accipi non poteſt, ſi ſcriptura vulgata maneat: Nunc iſta non agimus. ἐρεθίζει igitur hoc loco non recte expoſuit Caſaubonus. Quid autem Tanaquillus Faber? Ille Caſauboni expoſitionem non improbans, ἐρεθίζει etiam verti poſſe exiſtimavit; *leni agmine fluit*, & *veluti in filum quoddam exile aqua tenuatur*: Et hoc commentum longe deterius eſt, & ego longe minus probo: Nam primo, in eo inſignis

Prope fons fluat perennis
Suadæ, ſtrepente lympha.
Quis eo applicare nolit

Ubi

ſignis & procul arceſſita eſt λεπτολογία, quæ etiam ſenſui obeſſe poteſt, quia aqua in filum quoddam exile tenuata, adeo quiete revera fluit, ut vix ſuſurro locus ſit ullus: Dein iſta interpretatio τοῦ ἐρεθίζειν nititur uno Heſychii loco, ubi ἐρεθίζει, μηρύεται exponitur: En verba, Ερεθίζει, παροξύνει, μηρύεται, λογεῖ, μηρύεται. Quæ cum aperte depravata ſint, lubricum ſane, ex illis ſignificationem producere, quæ plane inaudita eſt; præſertim ubi aliud accedit, quod expoſitionem ſuſpectam reddere poteſt: ἐρυθίζει ſcilicet μηρύεται ſignificat ſine dubio: ἔρυον & ἔρυθος norunt omnes: Inde ἐρυθίζειν, quod ipſum μηρύεσθαι propinat ſtatim. Et ſic ſuſpicio ſuboriri poſſet, ἐρεθίζειν & ἐρυθίζειν confuſa fuiſſe, non ab ipſo Heſychio, ſed alio Grammatico Recentiori, qui ſuas ineptias Heſychii interpretamentis ad Marginem attexuit. Quare non modo coacta, ſed etiam ſuſpecta eſt Fabri expoſitio, & vitio laborans gemino non probabitur Cordatiorum cuiquam. Viſne aliud, quod riſum tibi incutiet? Bonus ille Barneſius pro ἐρεθίζει legendum ſuſpicatur ἑλελίζει: Scilicet Pindari φόρμιγγ' ἐλελίζων bellatulam illam conjecturam confirmat; & cum apud Homerum aliosque Poëtas ἑλελίζειν offendas pro rapido volumine torquere & magna velocitate circumagere, id transferes ad hanc πηγὴν ῥέουσαν πειθοῦς, ut ſic cum leni ſuſurro & lento agmine adſit Suadæ: Adhæc, cum verbum ἑλελίζειν ubique cum comite ſuo modeſte & certo ordine incedat, hic conſortio ejus moleſto liberabitur, & ſibi relictum, vage diſcurret, quo pedes ferant: Fateor, nihil ſuavius & magis Barneſianum excogitari poſſet: Quare pauci, credo, appetituri ſunt, quod ille ſibi intrivit ſoli. Cum αὐτῆς γ' ἐρεθίζει pro αὐτῆς ἐρεθίζει ſcribit Criticus, id rectius ſane facit, & in eo plures ſibi habebit aſſeclas: Ego tamen nihil muto, & iſtum quoque hiatum in his non metuo: Unde eſt, quod Fabri καρδίη ἀνακινάζει in Odario præcedenti ea de cauſa etiam non improbaverim. Illud addendum eſt: Æmylius Portus in Notis ad hunc locum, Caſaubonum pro ἐρεθίζει legiſſe ſcribit τερθίζει: Quod falſum eſt: Nam ille in Animadverſionibus ad Athenæum loco citato, alios ita legentes refutat ipſe. Memoria lapſus eſt Portus, & qui ita legit, non fuit Caſaubonus, ſed Gulielmus Canterus, ut ex Libro 5. Cap. 7. No-

Digitized by Google

Καταγώγιον τοιοῦτον;

XXIII. Εἰς χρυσόν.

Ο πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς,
Εκαρτέρουν φυλάττων,
Ιν', ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ,
Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ.
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι

Τὸ

Novar. Lection. videre eſt. Nollem factum: Nam ſic ſatis craſſe erravit Vir Græce eruditiſſimus.

8. τοιοῦτον] Liber Vaticanus τοιοῦτο: Pueri ſciunt, utrumque dici.

XXIII. 1. Ο πλοῦτος εἴγε χρυσοῦ Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς] Non improbum eſt πλοῦτος χρυσοῦ, ſed coactum: An forte ſcribendum?

Ο Πλοῦτος εἴγε χρυσῷ
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς.

Plutus ſi auro vitam adduceret mortalibus: Si una cum auro vitam hominibus afferret. Hoc longe melius & ſignatius: Quare ita legerem, ſi in hoc Odario elegantiæ litatum eſſet. παρῆγε Stephanus vertit *prorogaret*: Et ſic alii Interpretes quoque intelligunt: Quo jure, ego mehercule neſcio: Nam verbum ita ἁπλῶς nondum ea notione reperi. Fuerunt, qui pro παρῆγε ſcripſerunt παρεῖχε: Et his etiam ignota fuit illa ſignificatio τοῦ παράγειν, ideoque vulgatam mutarunt ſine dubio: Perperam certe, ubi & ſententia bona eſt, & Sermonis indoli ſatisfit, ſi verbum accipias, ut dixi.

4. Ιν', ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ, Λάβῃ τι, καὶ παρέλθῃ] Infinitivus pro perſona, mori pro ipſa Morte: Hoc adeo inconditum, ut nihil magis: Nam θανεῖν pro τὸ θανεῖν bonum ſit, quis quæſo, de ipſa perſona id adhibuit unquam, & verbum per ſe ita ἐπροσωποποίησε? Nemo, nemo, cui vel minimus fuit elegantiæ guſtus: Balbutiit igitur bonus, qui hæc pepigit, & cum ſpiritum non haberet liberum, breviſſimo Verſiculorum ambitu interclusus, ſordide & inquinate dixit, quod præciſe ſibi dicere

Digitized by Google

Ubi viderit viator?

De auro. H. ST.

Si prorogare vitam
Vis ulla poſſet auri,
Addictus uſque & uſque
Auro forem aggerendo:
Ut, quando mors veniret,
Accepto abiret auro.

Sin

cere propoſuerat: Ita ſolent illi; ut ſciunt Eruditi. Quare ineptiunt, & quidem ſtrenue ineptiunt, qui in gratiam hominis balbutientis probant, quod nemo paulo eruditior probabit unquam: Hoc certum & dubii expers. Sed ſunt, qui θανεῖν ἐπέλθῃ habent pro verbo imperſonali cum modo infinito, & ut ſequens λάβῃ τι καὶ παρέλθῃ non ſit ſine perſona, per Plutum in Verſu Primo intelligunt Plutonem, ipſum Inferorum Deum, qui homines ex hac luce benigna ad tenebras ſuas terrificas abducit: Quid de illis dicemus? Id ipſum, quod de Aliis jam dictum: Nam primo, Plutus nunquam pro Plutone fuit habitus, nec Orci munia unquam adſcripta fuerunt Pluto; ut norunt omnes, qui in his Literis ſunt paulo exercitatiores: Dein, neque ἐπέλθῃ pro verbo imperſonali, neque θανεῖν pro modo infinito haberi poteſt; quia tria illa, παρέλθῃ, λάβῃ, ἐπέλθῃ, arcte cohærent, & ab una perſona pendent, quam linquere nullo modo poſſunt: Attende, attende modo, id ſtatim videbis: Qui ἐπέλθῃ, aliquid λάβῃ, & ſic ἀπέλθῃ: Unus eſt verborum nexus, & qui hæc faceret, etiam unus; neque alius accederet, alius aliquid acciperet & abiret: Nihil apertius, nihil perſpicuum magis. Quare maneat ille unus in τῷ θανεῖν, & balbutiat Miſellus, ut balbutire voluit ipſe.

6. Εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς] Falluntur, qui οὐδέπω legunt pro οὐδὲ τὸ, quia nihil hic præcedit vel ſequitur, cum quo οὐδὲ jungi poſſit: Nam vocula alibi etiam oc-

currit

Digitized by Google

Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί καὶ μάτην στενάζω,
Τί καὶ γόους προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Εμοὶ γένοιτο πίνειν,
Πιόντι δ' οἶνον ἡδὺν,
Εμοῖς φίλοις συνεῖναι,
Εν δ' ἁπαλαῖσι κοίταις
Τελεῖν τὰν Αφροδίταν.

Εἰς

currit ita abſolute, quando ex duobus pluribusve omiſſo minori refertur id quod majus; quemadmodum hic: Quod nempe pretio non poteſt obtineri, multo minus obtinebitur precibus, & quod non poteſt emi, multo minus comparari poterit gratis: Nihil certius aut conveniens magis. Aliud eſt, quod in hoc loco mihi diſplicet: Male ſcilicet habet τὸ ante πρίασθαι, cum quia id ſequitur continuo, tum quia Græci ἔνεστι πρίασθαι dicunt, non ἔνεστι τὸ πρίασθαι. An iterum balbutiit bonus, & articulo opplevit rimam? Si ita ſentire velis, per me licet: Ego aliter tamen nunc ſentire malo: Et quid igitur? An οὐδέπω recipiemus ea de cauſa? Haud puto: Ambiguum enim eſt, & pro *nondum* accipi ſolet, non pro *nequaquam:* Dein, aliud melius & facilius, niſi fallor, mihi in mentem venit: Legendum arbitror plane,

Εἰ δ' οὐδὲ καθ' πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς·

Si nullo modo, nulla ratione, οὐδὲ καθ' ἕνα τρόπον: Id οὐδὲ καθ' eleganter ſignificat Græce, & perquam appoſitum eſt hic.

8. *Τί καὶ μάτην στενάζω; Τί καὶ γόους προπέμπω*] Si ad hæc rite attendas, oratio perplexa eſt & prava: Nam poſt

Εἰ δ' οὐδὲ καθ' πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς

ſequi debuiſſet,

Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;

non

Τί καὶ μάτην στενάζω;

Τί

Digitized by Google

Sin comparare vitam
Mortalibus nefas eſt,
Quid conquerar, quid autem
Lamenta vana fundam?
Si namque certa morti
Me fata deſtinarunt,
Quis reſtat uſus auri?
Mero volo madere
Inter meos ſodales:
Dulcem volo puellam
Molli ſinu fovere.

De

Τί καὶ γόους προπέμπω;
quia non de lachrymis & lachrymarum viribus, ſed de auro & auri efficacia erat ſermo: Hoc adeo apertum eſt, ut qui dubitet, ad primos dicendi Magiſtellos amandandus ſit, qui eum Artis elementa doceant. Et quid igitur videtur tibi de Auctore? An ei injuriam facimus, ſi hominem fuiſſe adſeveremus, qui neque Artem Poëticam, neque Artem Dicendi intelligebat, & tamen in Utraque volebat experiri vires ſuas? Non puto equidem. Si aliquid mentis habuiſſet Miſer, ſcripſiſſet ſaltem,

Εἰ δ' οἶδα τὸ πελάζον
Τὸ ζῆν ἐπεὶ θνατοῖς,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Θανεῖν δ' ἄρ' εἰ πέπρωται,
Τί καὶ μάτην στενάζω;
Τί καὶ γόους προπέμπω;
Ἐμοὶ γένοιτο &c.

Nam ſic ſententia non fuiſſet præpoſtera & impedita: De elegantia non loquor, quæ alium certe circuitum & alium requireret nexum.

13. Πιόντα δ' οἶνον ἡδὺν] Ubi πίνειν præcedit, ſcriberem Πίνοντα, ſi cum Poëta elegantiori hic nobis res eſſet: Nam Πιόντα minus certe venuſtum eſt: Hoc tamen leve, ſi comparetur cum οἶνον ἡδὺν, quod poſt πίνειν abſolute adhibitum, ſententiam miſere onerat: Eruditiores vident.

15. Ἐν δ' ἁπαλαῖσι κόλποις] Verſus ἰσοδύναμος ex Choriambo & Bacchio.

16. Τιλλῶν τὰν Ἀφροδίταν] Verſus etiam ἰσοδύναμος ex Antiſpaſto & Bacchio.

XXIV. Εἰς ἑαυτόν.

Επειδὴ βροτὸς ἐτέχθην
Βιότου τρίβον ὁδεύειν,
Χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον,
Ον δ' ἔχω δραμεῖν, οὐκ οἶδα.
Μέθετέ με, φροντίδες,
Μηδέν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω.
Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος,
Παίξω, γελάσω, χορεύσω,
Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου.

Εἰς

XXIV. 1. Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην] Antiſpaſtus & Jonicus a minore.

2. Βιότου τρίβον ὁδεύειν] Pæon tertius cum Jonico.

3. 4. Χρόνον ἔγνων ὃν παρῆλθον, Ον δ' ἔχω δραμεῖν οὐκ οἶδα] Ubi præceſſit, Βιότου τρίβον ὁδεύειν, inepte Poëta a via ad tempus tranſit: Nam in viæ Metaphora manere debuiſſet, & dicere, *Quam viæ partem emenſus ſum novi, quæ pars vero reſtet mihi ignoro:* Elegantiores vident, & Interpres Andreas id dixit ipſo ſententiæ ductu. An forte ſcripſit Lyricus?

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην,
Βιότου τρίβον ὁδεύων,
Χρόνον ἔγνων ὃν παρῆλθον,
Ον δ' ἔχω δραμεῖν οὐκ οἶδα.

Sic certe ineptum illud abeſt, ſed male adhuc verba παρῆλθον & δραμεῖν, quæ in viam conveniunt, tribuuntur tempori: Quare ego nihil muto, & ex ipſis illis verbis colligo, Auctorem ita ſcripſiſſe, ut nunc præferunt Libri: Scilicet minus terſus, & minus eruditus fuit, qui hæc pepigit, ſi me audire velis, neque Amanuenſium natio hic peccavit, ſed ipſe Poëta. Ad Metrum quod attinet, Verſus prior conſtat ex Jonico & Ditrochæo, poſterior ex Ditrochæo & Epitrito

to

Digitized by Google

De ſeipſo. E. AN.

Mortalis editus ſum
Vitæ ad viam terendam;
Quantumque jam peregi
Curſum ſcio, at latet me
Quantum viæ ſuperſit.
Tu vero abito, cura,
Mecum tibi nihil ſit:
Lætabor ante metam,
Jocabor, atque pulchro
Saltabo cum Lyæo.

In

to quarto.

5. *Μέθετέ με φροντίδες*] Pæon quartus cum Amphimacro: Nam ultima in *μέθετε* produci poteſt a ſyllaba ſequente. Alias vel eadem menſura legerem,

Μέθετε μ', ὦ φροντίδες·

vel alia paululum diverſa,

Μεθῆτε με φροντίδες·

Sic ſcilicet pro Pæone quarto adeſſet Pæon ſecundus: Nunc neutrum requiritur.

6. *Μηδὲν μοι καὶ ὑμῖν ἔστω*] Leve mendum: Scribe,

Μηδέν μοι καὶ ὔμμιν ἔστω.

Sic commode habemus Epitritum quartum cum Ditrochæo: Nam καὶ ante vocalem corripitur. Si legeretur,

Μηδὲν ἔστω μοὶ καὶ ὑμῖν.

Verſus Trochaicus exiret purus putus: Sed nihil mutandum præter accentum. Daviſius ad Ciceronis Philoſophica ita legebat hunc & antecedentem Verſum,

Μέθετέ με φροντίδες, μηδ-
Ἐν μοι καὶ ὔμμιν ἔστω.

Perperam & imprudenter: Nam ut nihil aliud dicam, voces ita diremtæ & acciſæ in his Anacreonticis, & quæ cum illis connectuntur, extant nullibi.

7. *Πρὶν ἐμὲ φθάσῃ τὸ τέλος*] Pæon tertius cum Pœone primo vel Choriambo.

Digitized by Google

XXV. Εἰς ἑαυτόν.

Ὅταν πίνω τὸν οἶνον,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.
Τί μοι πόνων, τί μοι γόων,
Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω·
Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
Τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου·
Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

Εἰς

XXV. 1. Ὅταν πίνω τὸν οἶνον] Prima in πίνω producitur: Quare recte Barneſius legit, ut Verſui Anacreontico bene ſit,

Ὅταν πίω τὸν οἶνον.

In iſta voce ita centies erratum.

6. Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι] τὸν βίον hic ſcriptum pro κατὰ τὸν βίον notiſſima Ellypſi: *Cur ego in vita erro?* Mercator hic loquitur, aut Poëta, qui lucri cauſa per exteras regiones ubique vagatur, & nunquam quieſcit ullibi: Sic ſententia eſt appoſita, & non balbutimus cum Interpretibus. Sed quid ipſum illud Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι poſt Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω? Idne recte ſequitur, & ibi ſtat loco ſuo? Haud puto, ubi ad ſuperiora attendo, quæ ejuſdem ſunt indolis, & vix ac ne vix dirimi poſſunt: Quare Verſiculum ab Amanuenſibus tranſpoſitum, & hæc ita ordinata ab ipſo Poëta ſuſpicor,

Τί μοι πόνων, τί μοι γόων,
Τί μοι μέλει μεριμνῶν;
Τί δὲ τὸν βίον πλανῶμαι;
Θανεῖν με δεῖ, κἂν μὴ θέλω.

Nam ſic apta eſt cohærentia verborum, & poſt μεριμνῶν recte ſequitur vita illa erratica ſpe lucelli.

7. Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον &c.] Hæc amicis

In ſeipſum. E. AN.

Mihi bibendo vinum
Ærumna dormit omnis.
Ad me quid attinet labor?
Quid cura, quidve luctus?
Mors me manet, nolim licet.
Vitæ juvat quid error?
Ergo merum bibamus,
Pulchri merum Lyæi;
Bibendo namque vinum
Ærumna dormit omnis.

De

amicis ſuis & ſodalibus dicit Poëta: Paulo durius & coactius poſt antecedentia; inprimis ubi vinum in omnium animis non facit, quod faciebat in animo Poëtæ: In his enim curas & ſolicitudines ſopire, in illis contra excitare ſolet. Quare ego hæc minus certe probo. De cætero, ubi ſodales hic alloquitur Lyricus, vulgata Inſcriptio Εἰς ἑαυτὸν peccat & locum tueri non poteſt: Εἰς τὸ δεῖν πίνειν, quod ante Odarium 19. legitur, non male conveniret hic, ſi Πρὸς ἑταίρους accederet, quia eos in hoc Odario, ut in illo, diſerte non compellat.

9. Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς] Verſus Anacreonticus cum Spondeo in tertia ſede: Quem ut inde amoveret Stephanus, Verſum primum Ὅταν πίω τὸν οἶνον in locum hujus ſubſtituit, & Amanuenſes alterum pro altero pinxiſſe credidit: Quod adeo ineptum, ut Viro Erudito id in mentem veniſſe mirer: Nam quid Ὅταν πίω τὸν οἶνον poſt Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον? Idne convenit? Itane loquatur quiſquam, cui mens & lingua conſtat? Apage, apage ineptias, quæ ipſis pueris ſunt indignæ.

10. Εὕδουσιν αἱ μέριμναι] Error levis, ſed qui majorem excludere poſſet,

Digitized by Google

XXVI. Εἰς ἑαυτόν.

Οταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι,
Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν.
Κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
Πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.
Οπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω.
Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον ἢ θανόντα.

poſſet, & fortaſſe revera jam ex- cluſit: Scribendum procul dubio, Εὕδουσιν αἱ μέριμναι: Sic pulchre co- hærent iſta,

Πίωμεν οὖν τὸν οἶνον
Τὸν τοῦ καλοῦ Λυαίου·
Σὺν τῷ δὲ πίνειν ἡμᾶς
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι.

Hoc quiſque videt, & ſi vidiſſet Stephanus, ab ineptiſſima ſuſpicio- ne eum forte revocaſſet ſtatim: Nam fallor, aut leviſſimum illud mendum etiam Virum Diligentiſſi- mum ſeduxit.

XXVI. 1. Οταν ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ] An Verſus eſt liberior ex Pæone quarto & Epitrito primo aut Antipa- ſto, ſi εἰσέλθῃ retineamus; vel ex Pæone quarto & Jonico a minore, ſi reponamus ἐσέλθῃ? Ita ſentire po- tes, ſi velis: Ego hic ipſe dubito, cum quia alii omnes Verſiculi in hoc Odario ſunt Anacreontici, tum præ- cipue, quia ὁ Βάκχος εἰσέλθῃ ita ἁ- πλῶς, ambiguum eſt & inconcin- num: Quare non invitus certe ſcripſerim,

Οταν μ' ὁ Βάκχος ἐσέλθῃ.

conjectura facili ac plana.

7. Οπλιζ', ἐγὼ δὲ πίνω] De bel- lo & armis hæc recte explicat Ste- phanus: Nam ſequentia id aperte deſi-

Digitized by Google

De ſeipſo. H. .S.T.

Ut me ſubit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Crœſumque ſperno præ me:
Dulcis repente noſtro
Erumpit ore cantus;
Hedera comaſque cingens,
Proculco mente cuncta.
Ad arma currat alter,
Ad pocula ipſe curram.
Puer, ocyus ſcyphum da;
Nam præſtat ebrium me
Quam mortuum jacere.

De

deſiderant,

Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ.
Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον, ἢ θανόντα.

Tu arma capeſſas, ego bibam: Ebrium enim me jacere præſtat, quam mortuum. Cadunt tam qui cratere utuntur & ſcyphis, quam qui utuntur ſcutis & gladiis, ſed non eodem modo. Hi enim cadunt mortui, illi ebrii: Quod poſterius cum longe melius ſit priori, ego libens Bacchi militiam ſequar, dum tu ſequaris militiam Martis: Nihil perſpicuum magis aut appoſitum. Hoc tamen improbant quidam, quia ὅπλιζε hic habemus, non ὁπλίζου: Imperite, ita vivam, ubi centies apud Græcos activa pro paſſivis adhibentur, & contra, ut nemo paulo humanior neſcit. Quare ſtultitiam certe debent boni, inprimis ubi ὅπλιζε ad pocillatorem referunt, & eo incitari putant ad partes ſuas ſtrenue agendas: Nam quid eo admiſſo eſt ἐγὼ δὲ πίνω? Quid Φέρε μοι κύπελλον, ὦ παῖ? Nonne balbuties & Tautologia mera? De eo nemo ambigat ſanus. Illud addendum eſt: ὅπλιζε ſine dubio reſpicit quendam ex Amicis Poëtæ, qui ad bellum ſe parabat, & arma mox capeſſeret: Sic

Digitized by Google

XXVII. Εἰς Διόνυσον.

Τȣ̃ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος,
Ο λυσίφρων, ὁ Λυαῖος,
Οταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς
Εἰσέλθῃ μεθυδότας,
Διδάσκει με χορεύειν.
Εχω δὲ καί τι τερπνὸν
Ο τᾶς μέθας ἐραστάς·
Μετὰ κρότων, μετ᾽ ᾠδᾶς,
Τέρπει μὲ κ᾽ Ἀφροδίτα,
Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν.

Εἰς

autem Inſcriptio Odarii hic etiam inepta eſt, & longe aliter concepta fuit ab ipſo Poëta, qui Amici & armorum in ea certo certius meminit: Vides? Sic ſententia fuit apertior & facem prætulit ipſa Inſcriptiuncula. Viſne aliud? Ubi ad Sodalem, qui bello ſe accinxerat, ſcriptum fuit Odarium; quid cenſes? nonne minus appoſitum eſt, quod de curis & rerum humanarum contemtu monet Poëta? Ita certe videtur mihi, præſertim ubi id, quod præcipuum eſt in his, leviter modo tangit, & quidem in fine: Quare qui hæc pepigit, non fuit etiam ex Elegantioribus meo judicio.

XXVII. Εἰς Διόνυσον] Prava iterum Inſcriptio: Nam de Baccho non agit Lyricus in hoc Odario, ſed de ſeipſo. Illud Εἰς ἑαυτὸν hic ſatis aptum fuiſſet.

3. Οταν εἰς φρένας τὰς ἐμὰς] Pæon tertius cum Epitrito tertio vel Jonico a majore.

4. Εἰσέλθῃ μεθυδότας] Epitritus quartus vel Antiſpaſtus cum Anapæſto: Sunt, qui μεθυδώτας legunt pro μεθυδότας: Quo recepto, Bacchius pro Anapæſto aderit, & Verſus exibit Pherecratius, qualis etiam eſt proxime ſequens.

6. Εχω δὲ καὶ τι τερπνὸν] Non placet.

Digitized by Google

De Baccho. E. A N.

Bacchus puer Tonantis,
Liber pater, Lyæus,
Dum pectus it ſub imum,
Dulci rigans liquore,
Saltare perdocet me.
Nec vilis ebrioſo
Mea eſt mihi voluptas.
Cum carmine atque plauſu
Delectat alma Cypris:
Poſt illa ſalto rurſus.

cet mihi illud καὶ τὸ τερπνὸν hoc loco: Quid enim? An præcedens χορεύειν non erat etiam τερπνόν τι? Id certe non negaſſet homo: Quare aliter loqui debuiſſet hic, ne ut nunc facit, ex numero τῶν τερπνῶν id male verbis ſuis excluderet: Hoc quiſque videt. An forte locus perperam deſcriptus eſt ab Amanuenſium gente, & ipſe Poëta dedit?

Ἔχω δὲ κ' ἄλλο τερπνόν.

Certe illud ἄλλο conveniret hic, ſed neſcio, an tibi ſtudioſius commendare poſſim: Nam & longius a vulgata lectione abit, & eo admiſſo τερπνὸν abſque τὸ minus venuſtum eſt: ἄλλο τὸ τερπνὸν vere niteret, ſed audacia ſua ad ipſum nimium accederet: Quare dubito, & credere malo ipſum Poëtam hic pinguius & inornatius locutum fuiſſe: Nam eo etiam me ducit ſequens τέρπει, quod hunc Auctorem prodit rudioris ingenii: ἔχω καὶ τι τερπνὸν, τέρπει: Qui paulo elegantior eſt, ita non hærebit in iiſdem vocibus: Hoc certum & perſpicuum.

7. Ὁ τῆς μέθας ἐρωτὰς] Verba hominis ſordidi & plebeji: Itane Anacreon? Itane Alii, qui vere lepidi & urbani? Cras credam, non hodie.

10 Καὶ πάλιν θέλω χορεύειν] Verſus Trochaicus.

XXVIII. Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑταίραν.

Αγε, ζωγράφων ἄριστε,
Γράφε, ζωγράφων ἄριστε,
Ροδέης κοίρανε τέχνης,
Απεοῦσαν, ὡς ἂν εἴπω,
Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην.
Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
Απαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ο δὲ κηρὸς ἂν δύνηται·
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.
Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς
Υπὸ πορφύραισι χαίταις
Ελεφάντινον μέτωπον.

Τὸ

XXVIII. 1. Αγε ζωγράφων ἄριστε] Secunda in ἄγε hic correpta manet ante ζ, & ſic etiam Verſu ſequenti ſecunda in γράφε: Quod diligenter obſervandum.

3. Ροδέης κοίρανε τέχνης.] Perbene Henricus Stephanus,

Ροδίης κοίρανε τέχνης.

Nam ῥοδέης hic male olet & roſas minime ſpirat. Verſus eſt Jonicus.

5. Γράφε τὴν ἐμὴν ἑταίρην] γράφε hic minus belle repetitur, ſi quid video.

10. Γράφε δ' ἐξ ὅλης παρειῆς. Υπὸ πορφυραῖσι χαίταις Ελεφάντινον μέτωπον] Quid illud ἐξ ὅλης παρειῆς? Si Barneſium & Baxterum audias, tabulæ illæ cereæ ita adornatæ fuerunt, ut hominem non ab antica, ſed a latere exhibuerint; ideoque gena illa, quæ una apparebat integra, a Poeta dicta fuit παρειὰ ὅλη: Quod commentum adeo inſulſum, ut nihil magis: Nam ut alia prætercam, an de intercilio, an de labio oſcula pro-

Digitized by Google

De ſua amica. H. ST.

Agedum, perite pictor,
Pinge, ô perite pictor,
Rhodiæ magiſter artis,
Abſentem ut edocebo,
Depingito mi amicam.
Depinge mollicellos
Primum nigroſque crines:
Si fert & ipſa cera,
Unguenta pinge olentes.
Nigroque ſub capillo,
Genis abuſque primis
Frontem fac illi eburnam.
Supercili nigrantes

Diſcri-

provocante ita loqui potuit Lyricus, ut nunc loquitur, ſi vera perhibeant illi? Sola poſtica in Odario ſequenti excludunt iſta,

> Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
> Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
> Δύνασαι· τὰ δ' ἂν ἀμείνω.

alia omnia a parte antica oculis expoſita erant prorſus & omnino: Falſiſſimum igitur eſt, quod blaterant miſeri. Aliud requiritur, quod tribus verbis tibi exponam: παρειὰ ὅλη eſt gena plenior, quam nulla macies obſidet, & quæ ita ab ipſis Gratiis facta eſt, ut oſſa exhibeat nulla, ad quæ allidat ille, qui oſcula ei infigat paulo calidiora: Hoc ſuave, hoc formam bellatulæ commendat. Cui gena eſt macilenta, gena non eſt ὅλη, ſed ἰσχνή: Deeſt enim caro, quæ genam efficiat integram, & oſſa extantia ejus abſentiam produnt: Nihil naturaliùs, nihil accommodatius. Numerus autem mi-

Digitized by Google

Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διακόπτε, μήτε μίσγε·
Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη,
Τὸ

nor adhibitus hic pro numero majori, & ἐξ ὅλης παρειῆς ſcriptum pro ἐξ ὅλων παρειῶν: Quod millies factum non modo a Poëtis, ſed ab Auctoribus etiam Proſaicis, ut ipſi pueri ſciunt. Locum igitur verte, *Pinge vero ſupra genam pleniorem, & infra comas purpureas, eburneam frontem*: Stephani *genis abuſque primis* nihil ponit, & rem omnem in medio relinquit: *genis abuſque plenis* fuiſſet aptum: Nam ἐξ ita recte etiam exponitur hic. Daniel Heinſius ad Oram Libri ſui correxerat,

Γράφε δ' ἐξοχῆς ἀραιῆς,
Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις,
Ἐλεφάντινον μέτωπον.

Non modo abſque ulla neceſſitate, ſed etiam abſque ullo judicio: Quid enim? An frontis tumor inter formæ dotes? Haud puto equidem. Silenis & Satyris tumebat frons: Id ſcio: Sed quid illud ad formam puellarem, quæ longe alia, nec ad illam bibaculorum ullo modo exacta? Adhæc quid μέτωπον ἐξοχῆς? Idne apte & concinne dictum? *Frons prominentiæ* pro *frons*, *quæ prominentiam habet*, *quæ prominet*: Fateor, hoc durum videtur mihi & pravum. Poſtremo, ſi ἐξοχῆς ἀραιῆς ſcribas pro ἐξ ὅλης παρειῆς, omnis genarum mentio perit, & unius frontis meminit Poëta: Quod nonne inconditum & inficetum? Frons non negligenda in deſcriptione faciei, ſed major tamen ratio habenda utriuſque genæ: Hoc certum & nemo ſanus inficiabitur. Quare miſere erravit Vir Eruditus, & ejus conjectura non modo ſupervacanea, ſed etiam peſſima eſt: De eo non dubitandum. Pro Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις perperam Tanaquillus Faber repoſuit Ὑποπορφύραισι χαίταις: Nam præpoſitio aperte requiritur, & abeſſe non poteſt: ὑπὸ χαίταις πορφύραις, ut ἐξ ὅλης παρειῆς. Lapſus eſt Vir Doctus nimium properans: Nam quod de Stephano narrat, alium locum reſpicit in fine hujus Odarii: Quare parum abeſt, quin firmiſſime mihi perſuadeam, eum aliud ſcripſiſſe pro alio, nec locum hunc ita tentaſſe unquam. Πορφύραισι verto *purpureis*: Quod proprie non accipiendum, ſed figurate. Quicquid ſplendet & vere nitet, Græce dicitur πορφυρεῦν: Ita vox Latina etiam intelligenda. Elegans & florida eſt locutio, quam non capiunt proletarii noſtri & capite cenſi.

15. Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη, . Τὸ λαθόντως σύνοφρυν βλεφάρων ἴτυν κελαινήν] Locus ambiguus & difficilis, de quo Alii aliter. Videamus breviter, ſed diſtincte: βλεφάρων ἴτυν pro-

Diſcrimina nec arcus,
Confundito nec illos:
Sed junge ſic ut anceps
Divor-

proprie palpebrarum cilia videtur deſignare: Nam βλέφαρα proprie ſunt palpebræ. Quo poſito, male βλεφάρων ἴτυν κελαινὴν cum verbis præcedentibus connectitur, & dubio procul inſerta particula legendum, βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινὴν, ut ſic cilia ſeparentur a ſuperciliis: Hoc certum. Sed quid eo admiſſo fiet cum τὸ λεληθότως σύνοφρυν? An τὸ σύνοφρυν cohærere poteſt, & apte dici? Abſit, abſit: Nihil enim tetrius & ab uſu Linguæ alienius, quicquid cum Ineptientibus comminiſcaris. An igitur τὸ σύνοφρυ ſcribendum ſubſtantive, & locus integer ita conſtituendus?

> Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
> Διάκοπτε, μήτε μίσγε,
> Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
> Τὸ λεληθότως σύνοφρυ.
> Βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινὴν.

Non puto: Nam primo, τὸ σύνοφρυ pro συνόφρυον, quod Stephano ſuſpectum erat, plus quam ſuſpectum eſt mihi. Dein, ſi id genuinum eſſet & probum, non tamen conveniret loco ita ſcripto: Nam τὸ σύνοφρυ ſubſtantivum ſit, & ſubſtantive accipiatur; Nonne adverbium λεληθότως ſic inepte interponitur? Nonne Linguæ uſus ſic ſaltem deſideraſſet ſibi τὸ σύνοφρυ λεληθός? Ita certe videtur mihi; ita Aliis etiam videbitur, credo, qui Græca callent: Adhæc μεσόφρυον præcedens aperte reſpuit τὸ σύνοφρυ ſequens: Nam quæ hæc loquendi ſartago? μὴ διάκοπτε, μήτε μίσγε τὸ μεσόφρυον, ἐχέτω δὲ τὸ σύνοφρυ λεληθότως: Subſtantivum eſt μεσόφρυον; ſubſtantivum eſt τὸ σύνοφρυ: Hæc ita copulantur, hæc ita ſibi ſuccedunt: Fateor, meo judicio rudis & illepidus fuiſſet Auctor, ſi ita balbutiiſſet. Tertio tandem, loco ita conſtituto, ipſa ſententia peccat: Nam, ut recte animadvertit Stephanus, ſic colorem βλεφαρίδων tantum deſcribit Poëta, & de ſuperciliorum colore peſſime tacet. Quare in iſta lectione nihil eſt, quod mihi abblandiri poteſt. Et quid igitur faciendum iſtis neglectis? An βλέφαρα hic interpretabimur ὄμματα, & per βλεφάρων ἴτυν intelligemus ipſa ſupercilia? Id perquam appoſitum, & plane indubitatum videtur mihi: Nam primo, ſi rem ex vero æſtimemus, ἴτυς de ſuperciliis recte dicitur, quæ orbiculata ſunt, non de ciliis, quorum orbis eſt nullus: Dein βλέφαρα pro ὄμματα non magis novum eſt, quam alia ſexcenta, quæ dicuntur eodem modo; inprimis ubi ἴτυς adeſt, & Metonymiam ita aperte ſuggerit, ut nihil revera apertius eſſe poſſit. Quare.

Τὸ λεληθότως σύνοφρυν
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.
Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Απὸ τοῦ πυρὸς ποίησον,
Αμα γλαυκὸν ὡς Αθήνης,
Αμα δ' ὑγρὸν ὡς Κυθήρης.
Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς,
Ρόδα τῷ γάλακτι μίξας.

Γρά-

re difficultas hactenus eſt nulla, & verba optime ita digeri poſſunt, ἐχέτω δὲ, ὅπως ἐκείνη, βλεφάρων ἴτυν κελαινὴν λεληθότως σύναφρυν, ut ſic ipſa ſupercilia intelligantur, & præter eorum terminos etiam deſignetur eorum color: Unum eſt, quod turbas ciet, & quidem ſatis difficiles ac moleſtas: Illud nempe τὸ, quod de omnibus, ut vides, reſtat ſolum. Quid faciemus? An cum Stephano ſcribemus conjunctim τολεληθότως, idque ita adverbialiter uſurpatum cenſebimus? Cras credam, non hodie: Nihil enim ab uſu Linguæ etiam remotius. Sunt adverbia, quæ τὸ admittunt, ſed inter ea referri non poteſt λεληθότως: In illis ſcilicet, quæ Articulum admittunt, præpoſitio ſubauditur per Ellypſin: Sic τομεταξὺ habemus pro κατὰ τὸ μεταξὺ, τοὔμπαλιν pro κατὰ τὸ ἔμπαλιν, τοὐντεῦθεν pro κατὰ τὸ ἐντεῦθεν, τονῦν pro κατὰ τὸ νῦν, & alia innumera, quæ omnes tenent: Fac autem periculum, & vide, an τὸ λεληθότως præpoſitionem ſimiliter ferat; Et ſtatim animadvertes, id indolem ejus averſari: Nam κατὰ τὸ λεληθότως Græcum non eſt magis, quam κατὰ τὸ πρώτως, & quæ gemella ſunt alia. Si præpoſitio ſubaudienda foret, ipſum τὸ λεληθὸς loco adverbii eſſet, ſimiliter ut alia adjectiva vel cum vel ſine Articulo pro adverbiis eſſe ſolent: Hæc certa ſunt, & monere pudet, ſed monere cogor propter hallucinationem Viri Eruditi; qui inter Articulum cum adverbio conjunctum & ab adverbio ſeparatum diſtinxit etiam perperam: Nam nullum eſt in eo diſcrimen, & ſi Articulus conveniret, non minus bene τὸ λεληθότως legeretur diviſim, quam τολεληθότως conjunctim: Apage, apage ineptias.

Aliud

Divortium relinquas,
Quale eſſe cernis ipſi.
At ignis inſtar, ejus
Sit fulgurans ocellus:
Et glaucus, ut Minervæ,
Et pætus, ut Cytheres.
Naſum genaſque pinge,
Lacti roſas remiſcens.

Pi-

Aliud latet, quod tibi aperiam, & niſi memet egregie fallam, probabis: Mutata unica literula, locum ita ſcribendum arbitror plane,

Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
Διακόπτε, μήτε μίσγε,
Ἐχέτω δ', ὅπως ἐκείνη,
Τὸ λεληθότως σύνοφρυν
Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.

Sic nihil emaculatius: Nam appoſitiſſimum eſt τὸ, & ipſum minimum, quod in λεληθότως eſt, commode minuit. Ut ad Odam 10. notavimus, apud Græcos elegans eſt uſus iſtius voculæ, quæ una ita reſtringit, minuit, temperat, ut nulla alia voce id ſimiliter fieri poſſit: Et hoc igitur probabis, ſi ſapias. In Codice Vaticano pro λεληθότως depravate ſcriptum erat λεληθότος.

22. Γράφε ῥῖνα ϗ παρειὰς, Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας] Color lactis & roſarum mixtus ad ſolas genas pertinet, non ad totam faciem: Nam primo, color ille dicatus eſt genis, & in illis adumbrandis adhiberi ſolet paſſim: Dein', facies hic mixtum illum colorem non admittit, quia diſerte præcedit μέτωπον ἐλεφάντινον: Jam autem nihil fuiſſet abſurdius, quam frontem eburneam facere, faciem autem reliquam ita colorare, ut lactis & roſarum referret mixturam: Hoc perſpicuum eſt & omnes ſentiunt. Certum igitur eſt, quod de genis dicimus ſolis: Eo autem poſito; quid, quæſo, hic facit ῥῖνα? Idne convenit aut convenire poteſt? Cave, credas: Nam ſi ῥῖνα ϗ παρειὰς copules, ut verba videntur exigere, eodem colore naſus & genæ imbuuntur peſſime, præſertim ſub fronte candida; Si autem illa ſepares contra verborum ductum ipſius rei imperio,

P perio,

Digitized by Google

Γράφε χεῖλος οἷα Πειθοῦς,
Προκαλούμενον φίλημα.
Τρυφεροῦ δ' ἔσω γενείου
Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
Ὑποπορφύροισι πέπλοις.
Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν.

Τάχα,

perio, γράφε ῥῖνα abſque ullo adjuncto adeſt ſolum, & nihil habet, quo ſe commendet; quod hic adeo jejunum & marcidum, ut nihil reperiri poſſit magis: Sic tamen ipſe Auctor ſine dubio, neque ulla hic ſcripturæ depravatæ ſuſpicio: Quod enim in Libro Vaticano ſcriptum erat, ῥῖνας pro ῥῖνα, leviuſculum eſt, & vulgatam de vitio ſuſpectam reddere non poteſt: Quare ego nunc ipſum Poëtam accuſare non vereor, qui hic certe balbutiit, & non dixit, quod dicere debuiſſet: Niſi forte unus Verſiculus ante hunc primum deſit, quo formam naſi deſcripſerat: Quod ego tamen vix ac ne vix puto: Nam γράφε Articulum promittit plane novum, & hic pro capite eſſe ſolet: Quamobrem Poëtam ſic revera adjuvare non poſſumus, & mox culpa ejus recurrit certa: Nam, dicam denuo, in lectione recepta nulla ne minima eſt depravationis ſuſpicio.

30. Ὑποπορφύροισι πέπλοις] Hic ὑποπορφύροισι una voce, non ὑπὸ πορφύροισι duabus vocibus, ſcribendum eſſe notavit Stephanus, non quod aliquis revera eſſet, ſed quod aliquem forte extiturum metueret, qui ita legeret: Sine dubio autem ὑποπορφύροισι ipſa ſententia requirit: Nam color vere purpureus, obſcurior eſt, quam ut corpus eo obductum, aliquatenus oſtendere poſſit, ideoque ſubpurpureum, qui dilutior eſt & alios colores tranſmittere poteſt,

Pithûs ſit at labellum,
Quod oſculum laceſſat.
Intraque molle mentum,
Per colla lævia omnes
Sint Gratiæ volantes.
Ad ultimum, nitente
Illa induatur oſtro:
Pateat tamen mihi pars
Cutis puſilla, totum
Qua corpus arguatur.
Quid plura? eam ecce cerno.

Lo-

teſt, ſumſit & ſumere debuit Lyricus: Sentisne?

33. Ἀπέχει· βλέπω γὰρ &c.] ἀπέχει vertunt *ſufficit*: Quod plane novum eſt, & Sermonis Analogia non ſuggerit: ἔχω, *habeo*; ἀπέχω, *abſtineo*, *ab alio mihi habeo*, *abſum*: Hæc & quæ hiſce gemella ſunt, verbum ſignificat: Nihil autem in illis, quod *ſufficere*, *ſatis eſſe*, vel promat vel ſtabiliat: Hoc apertum & dubii expers. Adducunt tamen Viri Eruditi locum ex Euangelio Marci *Cap.* 14. *Verſ.* 41. ubi verbum ſimiliter accipiatur: Καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, καὶ λέγει αὐτοῖς· Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε· ἀπέχει, ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ, παραδίδοται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν. Fateor, ovum non magis ſimile ovo: Sed id non minus etiam novum. An ita forte Vulgus, & qui loquebantur minus accurate, homines puriori Helleniſmo non aſſueti? Hæreo, & ſi ita ſit, Odarium ſic etiam multum de pretio ſuo amittit. Sed an forte lectio non eſt incontaminata, & Amanuenſes in ea adumbranda fecerunt, quod ſolent? Henricus Stephanus certe in Theſauro ἀπέχει hic habebat ſuſpectum, & forte cum ἄπεχε commutandum cenſebat: Quæ conjectura probabilis ſane eſt, ſi recte intelligatur: Exponebat ille ſuum ἄπεχε, *mercedem cape*, poſt imaginem ſcilicet rite adumbratam: Id ego non probo: Nam duriſſima eſt illa Ellypſis, ἄπεχε pro

P 2 ἄπεχε

Digitized by Google

Τάχα, κηρὲ, ϗ λαλήσεις.

Εἰς

ἄπεχε μισθὸν, & ſententiæ etiam minus conveniens, quia ſic ipſam imaginem prius probare ſolemus, quam mercedem pictori ſolvere. Exponas igitur mecum, *abſtine*, ſcilicet *manus* vel *manum*: Ne lineam ulterius addas, omnibus numeris abſoluta eſt imago: Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτήν. Τάχα, κηρὲ, καὶ λαλήσεις. Vides? Ratio, quare ἀπέχειν debebat pictor, ſequitur perquam accommode, & id ipſum dicit, quod in laudem artificis opere abſoluto dici ſolet vulgo: Quare hoc appoſitiſſimum eſt, & impenſius, hercule, placet. Inquies: Sic reſtat locus in Euangelio, qui verbum exhibet novum: Sit ita: Quid tum? Nonne in Libris Novi Fœderis etiam alia Accuratioribus minus uſitata? Ego ſane in illis non improbem, quod in his Anacreonticis probare non poſſim. At Linguæ Analogia plane obſtat, & ſic verbum probandum videtur nullibi: Non diffiteor, hoc me urit, & male habet. An ibi forte Amanuenſes etiam errarunt? Certe illud ἀπέχει apud Euangeliſtam jam olim Interpretibus Biblicis negotium faceſſivit: Nam inde eſt, quod etiam hodie in uno Libro Laudiano deſit, in aliis vero plurimis pro ἀπέχει ſcriptum ſit ἀπέχει τὸ τέλος: Scilicet præter novitatem illud incommodum eo loco eſt in verbo ἀπέχει, quod cum ejus indolis ſit, ut ad præcedentia ſeſe referre debeat, ea præcedant ibi, ad quæ commode ſeſe referre non poſſit: Quid enim ἀπέχει, ſufficiebat? An ſatis dormiverant? An ſatis vigilaverant Apoſtoli: Neutrum, ut quiſque videt, convenit: Tertium autem non promunt ipſa verba, & arceſſendum eſt foris: Atque hinc difficultas ibi, non una, ſed gemina, quæ Contextui mutando occaſionem præbuit. In hoc loco Poëtæ res aliter ſe habet, & ἀπέχει apte referri poteſt ad picturam & ultimas ejus lineas, quæ faciebant, ut nihil plane deeſſet imagini, ad mentem Lyrici efficta: Hoc apertum eſt. Quid multa? Ubi ad hæc attendo, libens etiam in Marci loco ſcripſerim, καὶ ἔρχεται τὸ τρίτον, ϗ λέγει αὐτοῖς· Καθεύδετε τὸ λοιπὸν ϗ ἀναπαύεσθε· ἀπέχω· ἦλθεν ἡ ὥρα· ἰδοὺ &c. Cum tertio ad Apoſtolos rediret Chriſtus, & eos iterum inveniret ſomno oppreſſos, inquit, *Dormite porro & requieſcite; per me licet; abſtineo, nec vos ulterius excitabo: Venit hora: Ecce traditur filius hominis in manus peccatorum.* Quod, ut mihi videtur, perſpicuum eſt, & ſi jungas ſequentia, Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ, ὁ παραδιδούς με ἤγγικε, mire etiam appoſitum: Rem omnem ita concipio: Cum præcedentia illa locutus fuerat Chriſtus, faciem ab Apoſtolis ſuis avertit, & ſic ad ſe properantem videt Judam cum militum caterva; Quo conſpecto, faciem ad Apoſtolos mox iterum convertit, & ait,

Digitized by Google

Loquêre, credo, cera.

ait, Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν· ἰδοὺ ὁ παραδιδούς με ἤγγικε. Cum improbum nondum viderat, dicebat, Καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, torporem illum in Apoſtolis ſuis ægre quodammodo ferens: Simulac eum videt, dicit vero, Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν, dicti prioris pænitentiam quaſi agens, & ipſo periculo, quod præſens erat, ad priſtinam ὀργὴν adactus: Attende; ſic locus, cujus mandata diſſona Interpretes etiam torquent, planiſſimus eſt, & omni difficultate caret: Eo autem ita ſcripto, notionem adulterinam verbi genuini plane eliminamus, & Linguæ honeſtatem, ut par eſt, tuemur: Nam illud Ἀπέχει, ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ, quod apud Heſychium legimus poſt Ἀπέχοντος, attentionem noſtram non meretur, quia dubio procul ab Homine Recentiori deſumtum eſt ex ipſo illo Marci loco, & ibi notatum alicubi ad Marginem abſque ullo judicio, ut evidenter apparet ex loco alieniſſimo, quem male occupat: Ipſi Tyrones vident, neque in eo momentum poteſt eſſe ullum. Redeamus ad Lyrici verba: Ἀπέχει non eſt Tribrachys, ſed Anapæſtus: Nam ut alia præteream, quemadmodum in Odario ſequenti Μέγα δὲ ante πρόσωπον Anapæſtum conſtituit, ita plane hic Ἀπέχει ante βλέπω: Hoc moneo, ne quis propter Anapæſtos, a quibus Verſiculi in hoc Odario incipiunt, male repudiet Ἀπέχει: Quamquam id certe non diſplicеret mihi, ſi Tribrachys maneret: Nam quid vetat, Verſum Hemijambicum a Tribrachy incipere? An pedum aliorum pervicacia? Id ego hercule non puto, & præter Naſutulos dicturus eſt nemo. Viſne aliud? Illud Ἀπέχει cum ſociis ſuis aperte demonſtrat, Oden hanc ita eſſe adornatam, ut ipſum pictorem repræſentet nobis operi intentum, idque perficientem ad Poëtæ adſtantis mandata: Nam alias in illis ſenſus eſt nullus. Eo autem pertinent etiam Verſiculi illi ſuperiores.

Τὸ δὲ βλέμμα νῦν ἀληθῶς
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ποίησον.

Nam in vocula νῦν iſta eſt ἐνέργεια. Quomodo partes ſingulæ adumbrandæ eſſent, Poëta monet particulatim, & poſt unam abſolutam ad alteram ordine tranſit: Cum igitur comas & ſupercilia pingi juſſerat ad libitum ſuum, iſtis ita abſolutis, ad oculos pergit, & mox inquit, *Oculos autem NUNC revera ex igne facito*, ubi ſcilicet alia illa feciſti, & plane abſoluta video: Apertum eſt, quod dico, & ipſum illud νῦν ocio difflueret, ſi iſtam Emphaſin non haberet: Quare non dubitandum eſt de hac Odarii indole. Sed quid ais? Ubi ſic neceſſe, ut eodem tempore, quo hæc dicuntur, perfecta fuerit imago, eane arridet tibi? Haud credo: Nam operoſior eſt pictura, inprimis ea, quæ olim fiebat cera, quam ut ſpatiolo

Digitized by Google

XXIX. Εἰς Βάθυλλον.

Γράφε μοι Βάθυλλον ὕτω
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν, μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον, ἡλιώσας.
Ελικας δ' ἐλευθέρους μοι
Πλοκάμων ἄτακ]α συνθεὶς,
Αφες ὡς θέλουσι κεῖσθαι.
Απαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς
Κυανωτέρη δρακόντων.
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔςω,
Κεκερασμένον γαλήνη·
Τὸ μὲν ἐξ Αρηος ἕλκον,

Τὸ

tam brevi potuerit perfici: Quare Auctor hic certe cum pictore ſuo facit, quod ipſa Natura non patitur, & ſi eam ſequamur, ridiculum plane eſt, nec Cordatiorum cuiquam probabitur, præſertim in Poëmatio continuo & Rhythmi rapidioris, quod nullas vel verborum vel interlocutorum admittit moras.

XXIX. 4. Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας, Τὰ δ' ἐς &c.] Peſſime Liber Vaticanus,

Τὰς μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
Τὰς δ' ἐς ἄκρον ἡλιώσας.

Pueri vident, & nihil apertius.

8. ὡς θέλωσι] in Libris Stephani lege-

De Bathyllo. H. ST.

Meos Bathyllum amores,
Ut te docebo pinge.
Nitidas comas fac illi,
Intus quidem nigrantes,
At aureas ſuperne.
Dehinc inordinatos
Recolligens capillos,
Permitte lege nulla
Cincinnulos vagari.
Teneram piluſque frontem
Supercili coronet
Mage cærulus dracone.
Oculus niger ſit & trux,
Mixtus tamen ſereno:

legebatur etiam ὡς θέλωσι: Non male, ſi ut ipſe notat, ἂν ſubaudias: Vulgata tamen, ut naturalior, ita & melior.

11. Κυανωτέρη δρακόντων] κυανὸς varie accipitur, ut Eruditi ſciunt: Hic de nigro accipiendum eſt ſine dubio: Nam de nigris capillis etiam præceſſit, neque conſentaneum, ut alio colore fuerint ſupercilia, alio capilli. Quare neſcio, cur in his interpretandis titubaverit Stephanus. Addam aliud: Illud κυανωτέρη δρακόντων hic facit, ut κόμας τὰς εἰς ἄκρον ἡλιώσας ibi explicem capillos ſuperne ſplendentes & radiantes quaſi ipſo

nigrore

Digitized by Google

Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·
Ινα τὶς τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ᾽ ἀπ᾽ ἐλπίδος κρεμᾶται.
Ροδίνην δ᾽ ὁποῖα μῆλον
Χνοΐην ποίει παρειήν.
Ερύθημα δ᾽ ὡς ἂν αἰδοῦς
Δύνασαι βαλεῖν, ποίησον.
Τὸ δὲ χεῖλος οὐκέτ᾽ οἶδα
Τίνι μοι τρόπῳ ποιήσεις·

Απα-

nigrore ſuo: Nam in colore Cyaneo nihil revera eſt, quod ſolem & aurum referat.

18. Ῥοδίνην δ᾽ ὁποῖα μῆλον Χνοΐην ποίει παρειὴν] Notiſſima ſunt, quæ Stephanus de hoc loco ſcribit: Haud dubie dicere voluit Poëta, *genæ roſeæ, fac, ut lanuginoſæ ſint inſtar mali Cydonii*: Hoc autem verba ita ordinata, ut nunc ordinantur vulgo, præſtare nequeunt ullo modo: Nam e Diametro contrarium dicunt, & *genas lanuginoſas fieri* jubent *roſeas inſtar mali*: Nihil eſt manifeſtius, nihil indubitatius. Quid multa? Aut hæc in poſterum inepta erunt ſemper, aut ſcribendum,

Χνοΐην δ᾽, ὁποῖα μῆλον,
Ῥοδίνην ποίει παρειήν.

Una vox tranſpoſita eſt, & ab initio unius Verſiculi ad initium alterius Verſiculi tranſlata: Id genus erroris non eſt infrequens, ut Eruditi ſciunt. Sic ſenſus eſt, qualis eſſe debet, & μῆλον amplexari poteſt ſuum χνοΐην.

20. Ἐρύθημα δ᾽ ὡς ἂν αἰδοῦς Δύνασαι βαλεῖν, ποίησον] ὡς pro ὅσον poſitum eſſe hic recte notat Stephanus: Sed hoc leviculum: Notabo aliud, quod haud paulo majoris eſt momenti, & nec Stephanus, nec Alius notavit quiſquam. Locus a diſtinctione laborat, & ineptus eſt ea, quæ nunc obtinet, retenta: Nam primo, βαλεῖν poſt δύνασαι peſſime ſententiam onerat, ubi ποίησον adeſt, & eo ſubaudito, ὡς ἂν δύνασαι abunde ſufficit, nec aliud quidquam requiritur, aut requiri poteſt: ποίησον ἐρύθημα αἰδοῦς, ὡς ἂν δύνασαι, vel ὡς ἂν δύνασαι ποιεῖν, bonum eſt: ποίη-

σον

A Marte quod ſit, illud:
At hoc, quod a Cythere:
Ut hinc timore & hinc ſpe
Suſpenſa mens vacillet.
Roſeum ſit utque pomum
Lanuginoſa mala.
Pudibundi & inſeratur
Quantum poteſt ruboris.
Verum haud ſcio labellis

Quæ

σον ἐρύθημα αἰδοῦς, ὡς ἂν δύνασαι βαλεῖν, contra pravum. Si pro ποίησον Poëta ſumſiſſet βάλλε, eodem incommodo laboraſſet ποιεῖν, quo nunc laborat βαλεῖν, & verbum unum peſſime etiam obfuiſſet alteri: Hoc certum eſt, & nemo negabit paulo eruditior. Dein, ipſum illud, ποίησον ἐρύθημα αἰδοῦς, ὡς ἂν δύνασαι βαλεῖν, nimium eſt, ubi præceſſit, ῥοδίνην ποίει παρειήν: Nam eo genarum ruborem pictori jam indicaverat Poëta; & proinde, ſi vel Tautologiam committere, vel male titubare nollet, hic ita ſimpliciter dicere non poterat, *ruborem verecundiæ illis inducito, quantum potes:* Hoc certum etiam eſt, & quiſque videt, qui animum advertit ſedulo. Et quid igitur? Locum trajecto Commate ego ita diſtinguendum eſſe aio,

Χνοΐην δ᾽, ὁποῖα μῆλον,
Ῥοδίνην ποίει παρειήν·
Ἐρύθημα δ᾽ ὡς ἂν αἰδοῦς
Δύνασαι, βαλεῖν ποίησον.

Sic nihil concinnius: βαλεῖν reſpicit præcedens παρειὴν, & verborum ordo eſt, παρειὴν ἐρύθημα αἰδοῦς βαλεῖν ποιήσον, ὡς ἂν δύνασαι: Fac, ut gena emittat ruborem illum verecundum, qui dicatus eſt ipſi Pudori: Aptiſſima eſt συνέχεια, & nihil nunc in verbis, quod Poëtam vel male Tautologum vel male titubantem prodat: Nam venuſte a pictore ad ipſam genam tranſit, & cum prius dixerat, quid pictor facere deberet, dein dicit, quid facere deberet gena: Genam ſcilicet roſeam eo colore pingeret Artifex, ut ipſa illa gena roſea ſanctiſſimum verecundiæ ruborem emitteret, quantum pote: Sic oratio

Digitized by Google

Απαλὸν, γέμον τε Πειθῦς.
Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς
Εχέτω λαλῶν σιωπῆ.
Μέγα δὲ πρόσωπον ἔσω.
Τὸ δ' Αδώνιδος παρῆλθον,
Ελεφάντινος τράχηλος.

Μετα-

pulchre & Poëtice variat. Elegans autem ἐρύθημα βαλεῖν, ſi quid aliud: βαλεῖν δάκρυ omnes norunt: Illud doloris, hoc ἐρύθημα βαλεῖν pudoris eſt indicium: Alia gemella ſciens prætereo, neque neceſſe ut cumulem hic.

25. Τὸ δὲ πᾶν ὁ κηρὸς αὐτὸς Εχέτω λαλῶν σιωπῆ] Elegans eſt λαλῶν σιωπῆ, Emphaticum autem & naturale τὸ πᾶν: Id vertas moneo cum primis aſſeclis ſuis, *omne, quod mente complecti & verbis exprimere queam, habeat cera*: Ita loquebantur Græculi, cum multis verbis dici non poterat, quod dicebatur hoc uno. Οπως δ' ἄν, vel Ομως δ' ὤν ἐπιμάθης πᾶν, quod Supra Ode 10. habuimus & commendavimus, ejuſdem fere indolis eſt. Interpretes ſoluti hic peſſime balbutiunt, ligati vero dicunt, quod volunt: Vides ex Stephani Verſione, cui ſimilis eſt illa Andreæ.

27. Μέγα δὲ πρόσωπον ἔσω. Τὸ δ' Αδώνιδος παρῆλθον, Ελεφάντινος τράχηλος] Hæc mendum ingenue profitentur: Nam quid illud παρῆλθον hic? An Stephanus audiendus? Fateor, nihil inſulſius vidi unquam, & Virum Diligentiſſimum ita ineptiiſſe miror. Ab eo tamen deceptus etiam Faber, Homo ſatis oculatus, qui propter illud παρῆλθον pro ἐλεφάντινος τράχηλος ſcripſiſſet ἐλεφάντινον τράχηλον, niſi Ellypſis τοῦ ἔσω eum retinuiſſet: Apage, apage nugas. Pro verbo παρῆλθον quin participium reponendum ſit, nullum revera eſt dubium: Sed quod? παρελθὸν, an παρελθὼν? Id certum minus, & nunc breviter videndum. Pro Μέγα δὲ πρόσωπον ἔσω Codex Vaticanus exhibebat Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω: Hoc Barneſius arripuit, & locum integrum ita legit,

Μετὰ δὲ πρόσωπον ἔσω,
Τὸν Αδώνιδος παρελθὼν,
Ελεφάντινος τράχηλος.

Quod ego propter ipſum illud μετὰ probare non poſſum: Nam quid præpoſitio illa hoc loco? An collum eſt μετὰ πρόσωπον? An vultus ſtat primo loco, dein altero ſequitur

tur

Digitized by Google

Quæ detur apta forma.
Sint blanda, plena Suadæ:
Ut mixta ſit loquaci
Taciturnitate cera.
Sit latus ipſe vultus.
Eburna præteribam

tur collum? Nihil, hercule, exoletius: Si legeretur μικὰ πρόσωπον γράφε, minus diſpliceret locutio: Nam poſt vultum fere pingi ſolet collum: Nunc pro γράφε habemus ἔσω, quod locutionem efficit plane inviſam. Scis, quid obfuit bono? μέγα πρόσωπον non intellexit, & de vultu Giganteo perperam explicuit, cum ſine dubio ſignificet vultum paulo majorem, quem in juvene vere juvene omnes requirant, ne pro puſione haberi poſſit: Poſitivum ſcilicet hic, ut centies alibi, comparat, & ad minima, non ad maxima ſeſe refert: Hoc apertum eſt, & hominem ineptiarum damnat. Daniel Heinſius in Silianis Crepundiis locum ita conſtituit,

Μέγα δὲ πρόσωπον ἔσω,
Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρελθόν·
Ἐλεφάντινος τράχηλος.

Salmaſius vero ad Tatii Erotica ita,

Μέγα δὲ πρόσωπον ἔσω.
Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν
Ἐλεφάντινος τράχηλος.

Ex iſtis duobus eligendum eſt alterutrum. Si roges, quod: Dicam, poſterius illud Salmaſii: Nam primo, vultus per partes ita jam deſcriptus fuit, ut Τὸ δ' Ἀδώνιδος παρελθὸν revera ſupervacaneum ſit, & nihil reſtet præter ſolam menſuram, quæ indicanda erat breviter poſt alia: Dein, Ἐλεφάντινος τράχηλος paulo inornatius eſt ita abſolute, & ſi Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν accedat, non modo verborum numeris fit decentius, ſed Adonidis nomine etiam ſequentibus, quæ pulchre Auctorem ſuum cient ſingula, redditur par & æquale. Quare ego certe ita ſentio, liberum tamen tibi relinquens judicium, ſi forte alterum arrideat magis. Visne aliud? In utraque ſcriptura aſperior eſt cohærentia verborum: Nam, ut vides, particula abeſt, quæ utroſque Articulos apte nectat: Et hoc imputandum ipſi Poëtæ, qui propter Metri anguſtias & brevem ejus circuitum hic dicere non potuit, quod voluit, cum in aliis id ſatis belle proceſſiſſet ei. An Grammaticus paulo Vetuſtior, ut

Digitized by Google

Μεταμάζιον δὲ ποίει
Διδύμας τε χεῖρας Ερμοῦ,
Πολυδεύκεος δὲ μηρούς,
Διονυσίην τὲ νηδύν.
Απαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Αφελῆ ποίησον αἰδῶ,
Παφίην θέλουσαν ἤδη.
Φθονερὴν ἔχεις δὲ τέχνην,
Οτι μὴ τὰ νῶτα δεῖξαι
Δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.

Τί

Poëtæ adeſſet, μετὰ, quod in Libro Vaticano extat, ideo repoſuit forte pro μέγα, & locum eodem modo, quo nunc Barneſius, conſtituit porro? Sane qui μετὰ ſcribit pro μέγα, etiam τὸν Ἀδώνιδος ſcribere debet pro τὸ δ' Ἀδώνιδος, & eo ipſo orationem apte ligat: Quare verum eſſe poteſt, quod ſuſpicor. Id tamen perperam & imperite factum: Nam lectio, quæ verborum cohærentiam efficit bonam, ſententiam plane corrumpit, ut vidimus jam. Aliud mihi in mentem venit, dum hæc poſtrema pingo, quod celare hercule nolim: An legendum forte?

Μέγα δὲ πρόσωπον ἔστω·
Τὸν δ' Ἀδώνιδος παρελθὸν
Ελεφάντινος τράχηλος.

Sic certe verba optime cohærent, ſed inter Verſus Iambicos ſtat unus Verſus Trochaicus; Quem ego neſcio, an in hoc Odario tibi commendare poſſim: Ex conjectura enim venit, & quem ejicere nollem, ſi in Libris extaret, inducere vereor abſque Libris: Mihi tamen ita conjectanti favet certe unus Verſus Jonicus, qui in fine hujus Odarii legitur. Vide, vide, Lector Erudite, & judica.

35. Μη-

Digitized by Google

Adonidea colla.
Habeat deinde pectus,
Manuſque Mercuri ambas:
Femurque quale Pollux,
Ventremque ceu Lyæi.
Femurque molle ſupra,
Femur quod excit ignes,
Volo ſimplicem eſſe pubem,
Jam cogitantem amores.
Sed ars tua eſt maligna,
Dare quæ vetat videnda
Potiora terga multo.

Quid

35. Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων] Delicias agebant, qui μαλερὸν legebant pro μηρῶν: Nam quid illud Epithetum hic? Idne convenit & femoribus tribui poteſt, inprimis ſi ſenſu Homerico accipiatur? Abſit, abſit: Mihi, ne quid diffitear, vix placet ipſum πῦρ hoc loco: Nam quid ignis in femoribus? Illane ignem produnt? Sic neceſſe, arbitror, ut colore ſint rubicundo ignique proximo: Nam aliter ignem prodere non poſſunt: Jam autem color iſte in femoribus diſpliceret, credo, ſicuti in vultu diſplicere ſolet. Quare minus ego probo τὸ πῦρ, tantum abeſt, ut πῦρ μαλερὸν probare velim. Adhæc repetitio elegans eſt, neque Verſus Anapæſtum deſiderat, ubi ut nihil aliud dicam, mox Spondeus recurrit in principio: Apage, apage ἀκελσίαν peſſimam.

37. Παφίην θέλουσαν ἤδη] Gulielmo Cantero *Lib*. 2. *Cap*. 13. *Novar. Lection*. placebat magis,

Παφίην πνέουσαν ἤδη.

quia Ode 57. legerat,

Απαλὴν παῖδα κατέχειν
Κύπριν ὅλην πνέουσαν.

Quod ego miror certe, ubi nihil naturalius aut venuſtius eſt, quam ipſum illud θέλουσαν.

Digitized by Google

Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μισθὸν ὅσσον εἴπῃς.
Τὸν Απόλλωνα δὲ τοῦτον
Καθελὼν, ποίει Βάθυλλον.
Ην δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

XXX. Εἰς Ερωτα.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ερωτα
Δήσασαι ϛεφάνοισι,

Τῷ

41. *Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν; Λάβε μισθὸν &c.*] Quid neceſſe, ut de pedibus tibi loquar? Quid neceſſe, ut novam Bathylli effigiem mihi ex cera pingas? Video ibi Apollinem in officina tua: Ex eo fac mihi Bathyllum, & pretium accipe, quantum dixeris. Sententia eſt perſpicua. Sed quid illud καθελὼν Απόλλωνα, quod Interpretum commenta obſcurum eſſe probant? Dicam: Apollo ab artifice pictus erat cum inſignibus, quæ Apollini tribuuntur vulgo: Hæc inſignia demeret artifex, ſic ex Apolline fieret ſtatim Bathyllus, & Apollinis effigies eſſet effigies ipſius Bathylli: Nihil ſcilicet in illis diſſimile præter ea, quæ Deum & Solem χαρακτηρίζουσι; Et corpore & vultu Bathyllus erat ipſe Apollo: Hoc καθελὼν Απόλλωνα dixit Poëta; ſatis duriter & ſatis nove, ne quid diſſimulem. Et ſic ſequens, Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου, ex adverſo ſignificat; Ad effigiem Bathylli in Samo appinge inſignia Apollinis, ſic verſa vice pro Apollinis effigie haberi poterit effigies illa Bathylli, & Bathyllus erit mox Apollo: *Ex Bathyllo pinge Phæbum*, additis inſignibus, quæ Phæbo ſunt propria & domeſtica: Hoc longe naturalius & decentius, quam illud prius. Sed ubi tanta erat ſimilitudo Apollinis & Bathylli, ut unius effigies haberi poſſet pro effigie

Quid opus pedes ut addam?
Pretii quod exiges ſer.
Sed Apollinem mihi iſtum
Refingito in Bathyllum.
Sin veneris Samum olim,
Fac Apollinem ex Bathyllo.

De Amore. E. AN.

Muſæ florea vincla
Capto nuper Amori

Inje-

gie alterius, & Apollo revera Bathyllus erat detractis Dei inſignibus; quid neceſſe, quæſo, adire Samum, ut ſicuti hic ex Apolline factus erat Bathyllus, ita ibi ex Bathyllo fieret Apollo? Hoc ego certe non aſſequor, ubi de pictura cerea agitur, quæ ubique haberi poterat, & hic in ipſo Apolline jam extabat. Ut dicam, quod ſentio; Poëta hic ſcripſit, quæ bona videntur, ſed bona non ſunt, & quod multi fecerunt ex iſta gente, non animo, ſed auribus conſuluit ita ſcribens. Ab hoc vitio tamen vere Eruditi, & præſertim Antiquiores, ſibi cavebant ſedulo: Secuti, cum Artem nimis exornare vellent, in id prolapſi ſunt ultro. Ea de re alias plura.

43. Τὸν Ἀπόλλωνα δὲ τοῦτον] Hic eſt unus ille Verſus Jonicus, qui inter puros Jambicos hoc Odario extat.

XXX. Εἰς Ἔρωτα] Odarium vere elegans, & in quo nihil eſt, quod reprehendi poſſit. Scribit Hephæſtion in Enchiridio, Anacreontem integras Odas compoſuiſſe Metro Dactylico Tetrametro: Si in iſta Collectione Anacreontis Poëmatum, quæ ætate Hephæſtionis circumferebatur, extiterit hæc ipſa Ode, mirum eſt, quod Technicus non ſcripſerit, eum Odas etiam integras compoſuiſſe Dactylico Trimetro: Nam plures ſine dubio fuerunt

Digitized by Google

Τῷ Κάλλει παρέδωκαν.
Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ, λύτρα φέρουσα,
Λύσασθαι τὸν Ερωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δέ.
Δουλεύειν δεδίδακται.

XXXI. Εἰς ἑαυτόν.

Αφες με τοὺς θεοὺς σοι
Πιεῖν πιεῖν ἀμυστί·

Θέλω

runt iſtius generis, quam hæc una & ſola, ſi Metrum placuerit Poëtæ.

XXXI. Peſſima & frigidiſſima eſt hujus Odarii ἔννοια: Nam quid in furore Alcmæonis & Oreſtis; quid in furore Herculis & Ajacis, quod ad hunc furorem Anacreonticum appropinquet? Nihil certe, nihil: Illi inſaniverunt pœnæ loco, & inſaniverunt vere: Hic voluptatis cauſa inſaniret, & inſaniret ficte: Fateor, qui talia inter ſe comparat, meo judicio ineptiſſimus ſit, oportet. Attende, attende adhuc ſemel: Cur mihi inſanire non liceret bene poto animi cauſa, ubi Alcmæon & Oreſtes matricidæ; ubi Hercules & Ajax, hic ſui ipſius, ille liberorum & uxoris interfector, inſaniverunt olim. Pulchra illatio nonne, & pulcher furoris ſimulati ac lepidi prætextus? Hæc tamen probantur, & adſcribuntur Anacreonti Teio: Hercules, tuam fidem, quis credat, quis ferat? Addam aliud: Simile huic Odario eſt Odarium Tertiumdecimum, ut diximus jam: Et de eo igitur judicium ferendum eſt ſimile: Quanquam Auctor, vel idem vel alius, parcius certe ibi ineptit, quam hic: Nam quæ de Fonte Claro ſcribit, ejus non ſunt profecto indolis, ut inter execranda ac triſtia referri poſſint:

Digitized by Google

Injecere coronas,
Vinctum dantque Decori.
Nunc autem Cytherea
Quærens munera præfert,
Queis abſolvat Amorem.
Sed quamvis redimatur,
Hærebit tamen illic,
Jam ſervire ſuetus.

De ſeipſo. H. ST.

Sine hauſtibus Lyæum
Sine hauriam profundis.

Fure-

ſint: Attinis furor ſimilis eſt horum Heroum furori, & in eo eædem plane ſunt intemperiæ ac diræ.

1. Αφες με τὰς θεὺς σοι Πιεῖν &c.] De his Alii aliter: Abbas Regnerius, Interpres Gallicus, Librum vidit Ægidii Menagii, in cujus Ora τὰς θεὺς expoſitum erat *hauſtus Diis dicatos*, *pocula Diis conſecrata*: Nove profecto & inepte: Nam quis unquam ita locutus? Henricus Stephanus legendum ſuſpicabatur,

Αφες με τὸν θεὸν σὺ
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί.

ut πιεῖν τὸν θεὸν ſic poſitum ſit pro πιεῖν τὸν οἶνον, qui ſcilicet Βάκχος & Λύαιος per Metonymiam dicitur plus ſemel. Non probo ſuſpicionem, quam ipſe Auctor non probavit ſatis: Nihil enim durius aut ingratius. Βάκχος, Λύαιος pro vino aptum eſt figurate, ſed hoc nihil ad πιεῖν τὸν οἶνον, quod plane contraria pessime jungit: Hoc quiſqué animadvertit ſtatim, & dixiſſe ſufficit hic. Scis, unde iſta expoſitio, cujus meminit Regnerius, originem duxerit? Ex hac ipſa Stephani conjectura procul omni dubio: Nam ejus duritiem ſic temperare voluit Homo mihi ignotus: Quo jure, verbo indicavimus. Tanaquillus Faber in Stephani ſuſpicione ſenſum invenire non poterat: Quod ego ſane- θεὸν

R quam

Θέλω θέλω μανῆναι.
Εμαίνετ' Αλκμαίων τε
Χ' ὁ λευκόπυς Ορέστης,
Τὰς μητέρας κτανόντες.
Εγὼ δὲ μηδένα κτὰς,

Πιὼν

quam miror. Scaligero placebat,

Αφις μι, πρὸς θεῶν, σοι
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί.

Quæ conjectura audacula eſt & inconcinna: Nam quid illud σοι? An παρέλκει? Non puto: Ut enim ponitur hic, ſenſum & Emphaſin habere debet. An igitur σοὶ πιεῖν eſt σοὶ προπίνειν? Abſit, abſit: Nam & inauditum hoc, & a Poëtæ propoſito alienum, qui hic furere volebat ſolus, & ſolus etiam exſiccare ſcyphos capaciores: Nihil apertius ex verbis ſingulis: Quare nihil etiam eſt in iſto commento, quod placet. Æmylius Portus legebat,

Αφις, μὰ τὺς θεὺς, με
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί.

Quod longe opportunius & longe ſyncerius: Sed notat Tanaquillus Faber voculam μὰ nuſquam cum imperandi modo reperiri: Quod ſi verum ſit, ut verum eſſe poteſt, ubi exemplum mihi non ſuppetit, quo contrarium probem; in illa conjectura etiam vitium eſt latens, quod indolem ejus corrumpat: Quanquam ſic non deerunt certe, qui imperandi modum cum alio commutabunt, & pro Αφις ſcripturi ſunt Αφῆς. Sed quid moramur? Dicamus tandem, quod res eſt: Nihil mutandum hic, & ſine dubio verba ita accipienda, ac ſi plenius ſcriptum eſſet, Αφις μι, τὺς θεὺς ἀμνύμι σοι, Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί. Ellypſis eſt facilis, & nihil frequentius in Deorum obteſtatione, quam iſta omiſſio verbi: Hoc Faber recte animadvertit; hoc ſciunt omnes, qui ſunt paulo humaniores: Quare miror, in his ita æſtuaſſe Eruditorum ingenia. Illud non prætereundum: Heinſius ad Oram Libri adſcripſerat νὴ, ac ſi Poëta τὺς θεὺς pro νὴ τὺς θεὺς ſcripſiſſet: Quam Ellypſin ego probare non poſſum: Duriſſima enim eſt, & ſententiæ etiam officit: Nam ſic σοι male abundat, & poſſeſſionem ſuam tueri non poteſt. An Vir Eruditus Scaligerum ſecutus eſt, & mutata diſtinctione σοι πιεῖν conjunxit? Hoc verum forte: Et ſic in eo erravit ille, ut Scaligerum erraſſe diximus. Cæterum, ubi ἄφις reſpicit Amicum Poëtæ, quem hic alloquitur, minus apta eſt Inſcriptio Εἰς ἑαυτόν: Id omnes

&

Furere hunc volo furorem.
Furebat olim Oreſtes,
Furebat Alcmæonque,
Uterque matricida.
At nemine ipſe cæſo,

Leni

& ſinguli vident.

5. Χ' ὁ λευκόπυς Ορέστης] Cur Oreſtes hic dicatur λευκόπυς, mihi incompertum eſt: Nam quæ Interpretes narrant, non ſunt unius aſſis. Fallor, aut locus leviter eſt corruptus, & ipſe Poëtaſter ſcripſit manu ſua,

Χ' ὁ λευκόνυς Ορέστης·

Oreſtes, cui mens fuit aperta & bona; cui pectus fuit candidum; ut eluxit cum in aliis, tum præcipue in amicitia illa fida ac certa, quam cum Pylade ſuo coluit, omneſque uno ore celebrarunt ſemper, ne Scythis quidem exceptis, ut luculente oſtendit Lucianus in Toxari: Eo reſpicit Epithetum, non inelegans certe aut inconcinnum: λευκὸς, ut notum, de re bona dicitur generatim, ſicuti μέλαν de re prava: Heſychius in Lexico, Λευκαὶ φρένες, μαινόφρονες, λαμπροὶ, ἀγαθαὶ, ἥμεροι. Mentes candidæ ſunt mentes bonæ, ſerenæ, placidæ: Nihil appoſitum magis: Sed quid μαινόφρονες? An eædem furentes dici poſſunt? Apage, apage nugas: Legendum eſt ſine dubio ἰαινόφρονες, exhilaratæ: Hoc commode inducit lætitiæ ſignificatum, quem λευκὸς mire etiam amat. φρένες turbatæ, & vel ira vel furore percitæ, dicuntur μέλαιναι & ἀμφιμέλαιναι: Homeri loca notiſſima ſunt ipſis pueris: In illis voces ita accipiendæ cum ſerioribus Grammaticis: Errabant enim, qui aliter accipiebant: Heſychius, Μέλαιναι φρένες, αἱ βαθεῖαι καὶ ἀγαθαὶ καὶ πυκναὶ, ἢ αἱ δεινοὶ καὶ ἰσχυραὶ καὶ δειλαί. Phraſin Homericam explicat, & Aliorum expoſitiones refert, ea, quæ vera eſt, omiſſa: Sed quid ibi δειλαί? An ἰσχυραὶ & δειλαὶ ſunt ſibi gemella, & ita copulari poſſunt? Cave, credas: Nihil enim falſius, nihil a Grammaticorum mente alienius: Delendum eſt δειλαὶ, quod cum in Contextu per errorem ſcriptum eſſet, aliquis correxit ad Marginem τὸ δειναὶ, & ſic una cum eo perperam manſit. Apud eundem Heſychium legitur ſuo loco, Λευκῶν πραπίδων, κακῶν φρενῶν. Ineptiſſime etiam: Corrigendum abſque dubio, καλῶν φρενῶν: Nam quæ Salmaſius ſcripſit, ut vulgatam defendat, plane inepta ſunt: Quando λευκὸν de corpore adhibe-

Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω θέλω μανῆναι.
Εμαίνεθ' Ηρακλῆς πρὶν,
Δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
Καὶ τόξον Ἰφίτειον.
Εμαίνετο πρὶν Αἴας,
Μετ' ἀσπίδος κραδαίνων
Τὴν Εκτορος μάχαιραν.
Εγὼ δ' ἔχων κύπελλον
Καὶ στέμμα τοῦτο χαίταις,
Οὐ τόξον, οὐ μάχαιραν,
Θέλω θέλω μανῆναι.

XXXII. Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ἔρωτας.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων

Επί-

hibetur, & colorem exprimit faciei, in malam partem accipi poteſt, & accipi fere debet, quia album in facie, malum portendit potius, quam bonum: Sic ægrotantes, ſic timidi pallent, & facies alba in illis morbi & timoris eſt indicium: Alia non tango: Hæc certa & nota ſunt. Quare perbene & peraccommode Heſychius non procul ab ipſo illo loco, *Λευκοὶ*, *οἱ δειλοί*: Timidi, qui pallent, & eo ipſo timorem produnt: Similiterque Perſius *timorem* figurate dixit *album*, ut qui ſine albore in facie vix ac ne vix eſſe poſſit. Hæc autem nihil ad mentem, cujus color proprie eſt nullus, & cui albedo & candor figurate non poteſt tribui, niſi ſenſu bono ac læto: Si albet enim, ſerena & bona; ſi nigret, perturbata eſt & prava: Hæc ſentiunt omnes, & ipſa ratio con-

Digitized by Google

Leni mero ſed hauſto,
Furere hunc volo furorem.
Olim Hercules furebat,
Quaſſans & Iphiteum
Arcum, & trucem pharetram.
Olim furebat Ajax,
Enſem Hectoris coruſcans,
Septemplicemque parmam.
At poculum ipſe geſtans
Et has comis corollas,
Non ſpiculum nec enſem,
Furere hunc volo furorem.

In ſuos amores. E. AN.

Tu ſi referre quicquid
In

confirmat: Quare nugas agunt, qui iſta temere confundunt, ut Amanuenſium tueantur ignaviam. Græcorum Λευκόνοη in muliere notat, quod Λευκόνοος in mare: Hoc addo, ne vocem male fictam putent Naſutuli, qui nihil probant, niſi quod tritum & vulgivagum eſt.

8. Πιὼν δ' ἐρυθρὸν οἶνον] Fallor, aut vinum rubrum hic ſumſit homo, ut ſic ad ſanguinis colorem alluderet, quem Alcmæon & Oreſtes effuderant: Ille ſcilicet ſanguinem rubrum non effunderet, ſed vinum rubrum ingurgitaret. In ſequentibus arcui Iphiteo & Hectoris gladio opponit corollam & ſcyphum, ſine vino, quod hic ſanguini jam oppoſuerat nempe: Quam acuta hæc & bella! Quo judicio comparat & variat bonus!

XXXII. Odarium haud dubie eſt

Digitized by Google

Ἐπίςασαι κατειπεῖν,
Εἰ ἠμαθῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης,
Σὲ τῶν ἐμῶν ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογιςήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν θὲς,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους.
Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθοὺς ἐρώτων·
Ἀχαΐης γάρ ἐςιν,
Ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
Τίθει δὲ Λεσβίους μοι,
Καὶ μέχρι τῶν Ἰώνων,

Καὶ

eſt Hominis Recentioris, qui περιττολογίαν amabat, eamque præſerebat longe Antiquorum aureæ ſimplicitati.

3. Εἰ ἠμαθῶδες εὑρεῖν Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης] Nihil ineptius: Nam quis ἠμαθῶδες τῆς ὅλης θαλάσσης ita dixit unquam, aut dicere potuit? An mare ita fluit & refluit, ut arenas; quæ in fundo ejus ſunt, oſtendat quotidie, hominesque ad eas numerandas admittat? Haud dubie ſentis ſtatim, quam ridiculum hoc, & ab ipſa Natura abhorrens plane. Si τὸ αἰγιαλῶν ἠμαθῶδες dixiſſet Poëta, id aptum fuiſſet & bonum: Nam littorum arenæ etiam inter ea, quæ numerari non poſſunt. Perbenè Liber Vaticanus, Amanuenſes enim hic peccaſſe reor, non ipſum Auctorem,

Εἰ κυματῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης.

Sic nihil concinnius: Quod arenæ ſunt in littore, id undulæ ſunt in mari:

Digitized by Google

In omnibus viretis
Ubique frondis extat,
Aut perſequi recenſens
Maris vales arenas,
Solus velim meorum
Logiſta ſis amorum.
Primum quidem ex Athenis
Viginti habes amores:
His quindecim ſed adde.
Deinde pone amorum
Agmen Corinthiorum:
Achaiæ eſt Corinthus,
Formoſæ ubi puellæ.
Jam Lesbios referto

Nobis,

mari: Pueri vident. Et hanc lectionem etiam Barneſius ſibi ſumſit, non ut vitium ſententiæ tolleret, ſed ut Verſum hiantem arctius compingeret: Metuebat ſcilicet bonus illud Εἰ κυματώδεις, & abſque Libro Vaticano ſcripſiſſet ex ingenio Εἰ τῆ κυματώδεις: Vix memet a cachinnis temperare poſſum. Daviſius in ſcriptura Vaticana non acquieſcens, eam ſic interpolat,

Εἰ κύματ' οἶδας εὑρεῖν
Τὰ τῆς ὅλης θαλάσσης.

Quo jure, ego mehercule neſcio: An κυματῶδες τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης non eſt idem, quod κύματα τὰ τῆς ὅλης θαλάσσης? An οἶδας requiritur, ubi ἐπίστασαι proxime præceſſit? Fateor, ſi non deterior, certe non melior lectione Vaticana mihi videtur iſta ſuſpicio.

15. Καὶ μίχει τῆ Ἰώνων, Καὶ &c.] Ambiguum eſt μίχει, quod hic includit, non excludit: Dein articulus

Digitized by Google

Καὶ Καρίης, Ρόδȣ τε,
Δισχιλίȣς ἔρωτας.
Τί φὴς ἀεὶ κηρωθείς;
Οὔπω Σύρȣς ἔλεξα,
Οὔπω πόθȣς Κανώβȣ,
Οὐ τῆς ἅπαντ᾽ ἐχȣ́σης
Κρήτης, ὅπȣ πόλεσσιν
Ερως ἐποργιάζει.
Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν

Τȣ̀ς

lus male abeſt: Nam dicere ſaltem debuiſſet ſuaviculus, τȣ̀ς μέχει τ῀. Ιώνων, ϗ Καρίης, ϗ Ρόδȣ, ſicuti τȣ̀ς ἐκτὸς Γαδείρων, & alia gemella ſequuntur mox. Id autem eo neceſſe magis, quia Λεσβίȣς præcedit: Vident Græce docti, & hac verborum ſtructura nihil revera durius aut ingratius. Hæc tamen tribuuntur Anacreonti: Factum nollem. Ut de Jonibus, quorum unus erat ipſe Anacreon, verbum addam; An eorum ita frigide & jejune meminiſſet Corculum feſtivum, neque Patriæ Cupidines paulo ſignatius celebraſſet? Credat, credat Judæus apella, non ego.

18. Τὶ φὴς ἀεὶ κηρωθείς] Locus difficilis & corruptus, de quo Multi multa, quæ ego recenſere nolo, quia pleraque ſunt longe ineptiſſima: Ex quo genere haud dubie etiam eſt illud Stephani,

Τὶ φὴς; ἀεὶ χαρωθείς;

Quid enim? An veterno laborat & torpet, qui amat? Nugæ, nugæ: Segnitiem enim expellit amor, & qui ab Arcitenente ſauciatur, eo ipſo fit alacrior: Hoc certum eſt, & lepidiſſimus Ovidius in Libris Amorum notat vere. Longe rectius & longe accommodatius Faber,

Τὶ φὴς, πόσȣς ἔρωτας;

Sed quis iſtam corrigendi audaciam ferat? Joſephus Scaliger ad Oram Libri adſcripſerat.

Τὶ φὴς; ἀεὶ γ᾽ ἔρωτας;

Idne probabimus? Haud puto: Nam ubi enumeratio amorum hic ad loca, non ad tempus refertur, primo,

Nobis, Ionas uſque,
Et Cariam Rhodumque:
Bis mille ſunt amores.
Tantumne, ais, amaſti?
Nondum Syros amores,
Nondum tenes Canobi,
Cretæve, cujus urbes
Furens habet Cupido.
Quid vis tibi referri

Omnes

mo̅, ineptum eſt ἀεὶ, quod unum tempus reſpicit, & a locis plane abhorret: Dein, ἀεὶ ἔρωτες Ellyptice ſcriptum pro ἀεὶ ἔρωτες εἰσὶν vel ἀεὶ ἔρωτες ἦσαν, ipſa nive Gallica friget magis: *Semperne amores ſunt? Semperne amores erant?* Quid in eo, quod calet, quod viget? Nihil certe, nihil: Abſit, abſit igitur, ut in hoc ipſo Odario commentum illud admittam. Aliud mihi in mentem venit, quod ab ipſo Auctore profectum puto, & tribus verbis tibi impertiam: Scribendum arbitror,

Τὶ φῂς; Αἶξ' ἔρωτας·
Οὔπω Σύρυς ἔλεξα,
Οὔπω πόθους &c.

Calculator ille amorum numero ſtupefactus ait, Τὶ φῂς: Huic regerit mox Poëta, ἄιξ' ἔρωτας· οὔπω Σύρυς &c. Quid quæris? Hoc adeo aptum & concinnum, ut nihil magis: Nam & ἄιξι ἔρωτας hominis ἐκπλήξει ſtatim peropportune auget, & poſt illa non dure & abrupte, ut antea, ſed molliter & copulate nunc alia ſequuntur: Quare ſi ſapias, Lector, hanc ſuſpicionem meam probabis.

24. Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν] Hoc ſatis aptum eſt, ut ſciunt Græce docti: Sed ubi aliud exhibet Liber manu exaratus, quod longe aptius & exaſciatius ſit, nemo erit paulo humanior, qui hoc miſſo illud non arripiet. Et legamus igitur hic cum Codice Vaticano,

Τί σοι θέλεις ἀριθμῶ;

Quod Scaligero etiam viſum, ut Liber ejus teſtatur.

Digitized by Google

Τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,
Τῶν Βακτρίων τε κ' Ινδῶν
Ψυχῆς ἐμῆς ἔρωτας;

XXXIII. Εἰς χελιδόνα.

Σὺ μὲν, φίλη χελιδὼν,
Ετησίη μολοῦσα,
Θέρει πλέκεις καλιὴν,
Χειμῶνι δ' εἶς ἄφαντος
Η Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν·
Ερως δ' ἀεὶ πλέκει μου
Εν καρδίῃ καλιήν.
Πόθος δ' ὁ μὲν πτερῦται,
Ο δ' ᾠόν ἐστιν ἀκμὴν,
Ο δ' ἡμίλεπτος ἤδη.
Βοὴ δὲ γίνετ' αἰεὶ

Κεχηνό-

25. Τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων, Τῶν Βακτρίων τε κ' Ινδῶν] Si Auctor hujus Odarii ſit Anacreon, non modo ad Bactrianos & Indos, ſed etiam longe extra Gades excucurrit ille, ut ſic ab Ortu Solis ad Occaſum amores omnigenos experiretur: Homines belli, qui ita ſentiunt, ſed digni, qui Anticyram navigent, ut ibi vim Hellebori experiantur ipſi. Pro Τοὺς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων. in Libro Vaticano ſcriptum erat,

Καὶ

Omnes ſupra Gadiras
Et Bactrios & Indos
Cordis mei calores?

Ad hirundinem. H. ST.

Hirundo, tu quidem annis
Is ſingulis, rediſque:
Tu æſtate nidulata,
Bruma ſoles latere,
Nilum petensve Memphin:
Amor ſed uſque noſtro
In corde nidulatur.
Pullus fit unus, ales.
Hic conditur ſub ovo.
Hic ſemiclufus extat.
Hiantiumque jugis

Pipi-

Καὶ τὰς Γαδείρων ἀκτὰς. Minus quidem bene, ſed non omnino male, ubi Spondeus etiam in tertia ſede Verſus Hemijambici ſtare poteſt.

XXXIII. Εἰς χελιδόνα] Inepta Inſcriptio: Præcedens Odarium inſcribitur Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ἔρωτας: Ita hoc inſcriberetur etiam ſatis bene: Pueri vident.

10. ἡμίλεπτος] Codex Vaticanus ἡμῶν λεπτὸς: Peſſime.

Κεχηνότων νεοττῶν.
Ερωτιδεῖς δὲ μικροὺς
Οἱ μείζονες τρέφουσιν.
Οἱ δὲ τραφέντες εὐθὺς
Πάλιν κύουσιν ἄλλους.
Τί μῆχος οὖν γένηται;
Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ερωτας ἐκβοῆσαι.

Εἰς

18. Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους Ερωτας ἐκβοῆσαι] Illud Ερωτας ἐκβοῆσαι ſine dubio ab Amanuenſibus male deſcriptum eſt: Quid enim? An in præcedentibus actum erat de enumerandis amoribus, & omne malum, quo premebatur Poëta, in eo poſitum erat, quod eos enumerare non poſſet? Id clauſula hæc requirit, ſed, ut quiſque videt, falſius eſt ipſo falſo. Τί μῆχος οὖν γένηται; Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους Ερωτας ἐκβοῆσαι. *Quodnam igitur remedium mihi? Tot enim Amores effari non valeo.* Illud οὐ σθένω ἐκβοῆσαι, illud *effari non valeo*, malum exprimit omne, quo laborabat Poëta, & ubi antecedentia longe aliud dicunt, ſententiam putidiſſimam efficit & plane effœtam: Hoc certo certius eſt; Et fallitur Stephanus, qui Græca hic ita vertit,

Quid me, quid ergo fiet?
Nam turba tanta Amorum eſt,
Ut jam tot una lingua
Non poſſit explicare.

Id enim dicere non poſſunt, quia ſic ſcribendum fuiſſet, τοσοῦτοι γὰρ Ερωτες, ὥστε αὐτοὺς ἐκβοῆσαι οὐ σθένω, non ut nunc ſcribitur, οὐ γὰρ σθένω Ερωτας τοσούτους ἐκβοῆσαι: Attende, hoc ſtatim videbis, & ſcripturæ vulgatæ ineptias tibi patefaciet magis: Visne tamen diſertius? Si ſcripſiſſet Poëta, τοσοῦτοι γὰρ Ερωτες, ὥστε αὐτοὺς ἐκβοῆσαι οὐ σθένω, verba id ſignificaſſent, quod Stephanus dicit, & ſententia non fuiſſet prava, quia malum, de quo Suaviculus queritur, ſic refertur ad Ερωτες τοσοῦτοι: Nunc ſcripſit, οὐ γὰρ σθένω ἐκβοῆσαι Ερωτας τοσούτους, quæ ipſum illud ſignificant, quod ego dico, & faciunt, ut ſententia ſit peſſima, quia malum ſic refertur plane ad ἐκβοῆσαι οὐ σθένω: Hoc longe apertiſſimum eſt, & receptæ lectionis nequitiam evidenter declarat. Pro ἐκβοῆσαι Scaliger

Digitized by Google

Pipitus eſt amorum.
Aluntque pipiones
Majuſculi minores:
Hi rurſus educati
Gignunt novos & ipſi.
Quid me, quid ergo fiet?
Nam turba tanta amorum eſt,
Ut jam tot una lingua
Non poſſit explicare.

De

ger ἐκποιῆσαι, Salmaſius vero ἐκπιῆσαι legiſſe dicitur: Quid mirum? Verbum quod mihi diſplicet, & Aliis omnibus, qui paulo acutius cernunt, diſplicere debet, illis etiam diſplicuit. Et examinemus igitur breviter eorum conjecturas: Scaligero placebat,

Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκποιῆσαι.

Quid illud? Sine dubio, *Non enim valeo tot Amores alienare, emancipare*: Nam id ἐκποιεῖν ſignificat apud Græcos, ut notum eſt. Et hoc ſententiam quidem paulo meliorem efficit, ſed ea tamen indole eſt, ut nullo modo recipi poſſit: Nam de alienando & emancipando hic non poterat eſſe ſermo, quia Poëta Amorculos non habebat in dominio & poteſtate ſua, ſed ipſe erat in dominio & poteſtate Amorculorum: Hoc certum eſt, & ſuſpiciunculam illam longe petitam refellit ſtatim. Jam quid Salmaſii ἐκπιῆσαι? Idne melius? Abſit, abſit: Nam primo, ἐκπιῆσαι Græcum non eſt, quia ἐκπιάω, unde venire deberet ἐκπιῆσαι, non dicunt Græci, ſed ἐκπιάζω, quod ἐκπιάσαι promit: Dein, ſi id Græcum eſſet, hic ſenſum non habere poſſet aptum. ἐκπιέζειν vel ἐκπιάζειν aliquando ſignificat *premendo expellere*: An ſimiliter Vir Eruditus ἔρωτας ἐκπιῆσαι accepit hoc loco? De eo non dubito: Sed quid illud *exprimere*, quid illud *premendo expellere* ad hanc Amorculorum turbam, quæ cor medium & penitiſſimos ejus receſſus tenebat? Eane ita premendo inde expelli poterat, ut alia, de quibus verbum eo ſenſu adhibetur? Nugæ, nugæ, & adeo incongruum hoc, ut nihil excogitari poſſet magis: Quare iſta ſuſpiciuncula improba quoque eſt, & eliminari debet procul, Videamus, quid poſſumus ipſi: An legendum?

Digitized by Google

XXXIV. Εἰς κόρην.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα
Τὰν πολιὰν ἔθειραν·
Μηδ', ὅτι σοι πάρεστιν
Ἄνθος ἀκμαῖον ὥρας,
Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.
Ὅρα κἀν στεφάνοισιν
Ὅπως πρέπει τὰ λευκὰ

Ῥόδοις

Τί μῆχος ἂν γένηται;
Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκποβῆσαι.

Non enim valeo tot Amores expellere & foras abigere. Sane hoc apertum eſt, nec iſta difficultate laborat, qua Salmaſii ἐκπιῆσαι eodem modo acceptum, laborare vidimus; & tamen aſſeverantius tibi commendare non audeo; quia neſcio, an ſententiæ ſatis conveniens ſit propter illud τοσούτους, quod certe prohibet fere, ut de Amoribus expellendis potuerit eſſe ſermo: Quid enim? An numerus paulo major efficiebat, ut expelli non poſſent? An pauciores potuiſſet expellere, plures expellere non poterat? Vix ſententia id velle videtur, & aliud deliteſcere auguror. Visne ſuſpicionem aliam, quæ forſan veriſſima eſt? Legendum ſit,

Τί μῆχος ἂν γένηται;
Οὐ γὰρ σθένω τοσούτους
Ἔρωτας εὖ φορῆσαι.

Id præſtat plane, quod præcedentia promittunt, & ſententiæ ductus requirit: Omnia, quæ ad corpus quocunque modo pertinent, homines Græce dicuntur φορεῖν: Inde de membris verbum adhibetur ſæpe: γόμφιον φορεῖν notiſſimum eſt ex Ariſtophanis Pluto, κεφάλιον φορεῖν ex Hephæſtione noſtro, alia ex Aliis: Eodem ſenſu mulier gravida κυοφορεῖν dicitur vulgo, & hic Ἔρωτας φορεῖν Poëta, qui eos nidificantes in corde geſtat. *Non enim valeo tot Amores recte geſtare*: Tot ſunt Amores, quos ego in corde perpetim geſto, ut tandem oneri ſuccumbam, & illi numero ſuo & mihi & ſibi obfuturi ſint: Quid ais? Nonne hoc aptum? Ita ſane videtur, inprimis

De puellâ. H. ST.

Ne, conſpicata canos,
Me fugeris, puella.
Nec, quod tibi color ſit
Roſæ prior colore,
Spernas meos amores.
En aſpice, in corollis
Roſis decenter alba

Ut

primis ſi ſenſum Allegoricum redigamus ad ſenſum naturalem: Quare veriſſima eſſe poteſt hæc mea ſuſpicio, eamque confidentius nunc tibi commendare non erubeſco.

XXXIV. 5. Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς] Recte vertunt, *amores meos ſpernas, rejicias, a te abigas*: Nam διώκειν verbum medium eſt, quod in bonam & in malam partem accipi poteſt: Qui ſcilicet aliquem perſequitur, id facit vel animo amico, vel animo hoſtili: Prius bonam, poſterius malam ſignificationem verbo tribuit; Cujus exemplum egregium etiam habemus in διώκειν, quando accipitur pro aliquem judicio perſequi, reum agere, accuſare: Nihil notius aut tritius. διώκειν igitur proprie etiam eſt, aliquem ita perſequi, ut eum perſequendo a te abigas; & inde pro ipſo abigere ſumitur minus proprie: Exemplum habemus hic; Cui addo alia duo ex Æliano de Animalibus: Primum extat Lib. 2. Cap. 49. Λέγει Ἀριστοτέλης εἰδέναι τοὺς κόρακας διαφορὰν γῆς εὐδαίμονός τε καὶ λυπρᾶς· καὶ ἐν μὲν τῇ παμφόρῳ τε καὶ πολυφόρῳ κατά τε ἀγέλας καὶ πλήθη φέρεσθαι· ἐν δὲ τῇ ἀγόνῳ καὶ στερίφῃ κατὰ δύο. Τούς γε μὴν νεοττοὺς τοὺς ἐκτραφέντας διώκουσι, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἕκαστος καλιᾶς φυγάδας ἀποφαίνουσι. Alterum Lib. 3. Cap. 1. Ἀκούω δὲ ὅτι καὶ εἰς τὰς οἰκίας τῶν Μαυρουσίων οἱ λέοντες φοιτῶσιν, ὅταν αὐτοῖς ἀπαντήσῃ ἀθηρία, καὶ λιμὸς αὐτοὺς ἰσχυρὸς περιλάβῃ· καὶ ἐὰν μὲν παρῇ ἀνὴρ, ἀνείργει τὸν λέοντα καὶ ἀναστέλλει, διώκων ἀνὰ κράτος· ἐὰν δὲ ὁ μὲν ἀπῇ, μόνη δὲ ἡ γυνὴ καταλειφθῇ, λόγοις αὐτὸν ἐντρεπτικοῖς ἴσχει τοῦ πρόσω, καὶ ῥυθμίζει, σωφρονίζουσα ἑαυτοῦ κρατεῖν, καὶ μὴ φλεγμαίνειν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ: Plura ex eo & Auctoribus aliis adſcribere nolo,

Digitized by Google

Ῥόδοις κρίνα πλακέντα.

XXXV. Εἰς τὴν Εὐρώπην.

Ο ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι.
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα,
Περᾷ δὲ πόντον εὐρὺν,
Τέμνει δὲ κῦμα χηλαῖς.
Οὐκ ἂν δὲ ταῦρος ἄλλος
Εξ ἀγέλης ἐλασθεὶς
Επλευσε τὴν θάλασσαν,
Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος.

XXXVI. Εἰς τὸ ἀνειμένως ζῆν.

Τί με τοὺς νόμους διδάσκεις,
Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας;

Τί

nolo, & ipſe obſervare potes. Ineptit igitur Faber, qui verbum eo ſenſu habebat ſuſpectum, ideoque in ejus locum ſubſtituebat διώνης.

XXXV. 1. ὦ παῖ] Ad puerum igitur ſcriptum eſt hoc Odarium, & tabellam Jovis & Europæ hic puero exponit aliquis ſenior, tanquam diſcipulo magiſter: Decore profecto: Nam res adeo nota non erat exponenda

Ut lilia implicentur.

De Europa. H. ST.

Hunc, ô puella, taurum
Jovem puto eſſe quendam.
Nam vectat ecce dorſo
Sidoniam puellam,
Vaſtumque tranat æquor,
Et findit ungula undas.
At nullus uſpiam grex,
Abactus unde taurus
Tranet, niſi ille, pontum.

Bene vivendum. E. AN.

Quid rhetorum doces me
Scita & neceſſitates?
Orationibus quid

Opus

nenda natu majori & literis paululum imbuto. Stephani *puella* hic non arridet mihi, & alios Interpretes ſequor.

8. Ἐξ ἀγέλης ἐλασθεὶς] Unus Verſus Choriambicus inter puros Hemijambos.

10. Εἰ μὴ μόνος γ' ἐκεῖνος] Hic locus eſt ſolus in his Anacreonticis, qui particulam fulcientem exhibet:

Digitized by Google

Τί δέ μοι λόγων τοσούτων
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
Μᾶλλον δίδασκε πίνειν
Απαλὸν πόμα Λυαίου,
Μᾶλλον δίδασκε παίζειν
Μετὰ χρυσῆς Αφροδίτης.
Πολιαὶ στέφουσι κάραν.
Δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ,
Τὴν ψυχήν μου κάρωσον.

Βρα-

hibet: Quod ſane dignum eſt notatu.

XXXVI. 3. *Τί δέ μοι λόγων τοσούτων Τῶν μηδὲν ὠφελούντων*] Verba non cohærent, ut debent: Nam unde pendet *λόγων τοσούτων*? An ab *ἀνάγκας* vel *νόμους*, quæ præcedunt? Abſit, abſit: Nam, ut nihil aliud dicam, ſic *διδάσκεις* etiam repetendum eſſet ἀπὸ κοινοῦ, & *μοι* ſtribliginem induceret meram. Aliud requiritur; quod ego non invenio hic: Nam *τί* non poteſt caſuum ſecundorum eſſe vinculum. An extrinſecus arceſſendum eſt *μέλει*? *τί μέλει μοι λόγων τοσούτων*: Iſta Ellypſis dura eſt, & hactenus mihi non obſervata eo modo. An igitur cum Barneſio & Baxtero ſubaudiemus *ἐκ*? *τί δέ μοι ἐκ λόγων τοσούτων*: Id durum quoque, & præterea pravum, ubi ſequitur eodem ſpiritu, *τῶν μηδὲν ὠφελούντων*: Nam ſic alterum officit alteri. Aliud latet, & locus mihi videtur leviter corruptus: Scribendum ſuſpicor,

Τί δέ μοι λόγων τοσοῦτον
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;

Sic caſus primus adeſt, qui ſecundos apte regit: *τοσοῦτον λόγων* pro *τοσοῦτοι λόγοι*: Nihil convenientius. Erunt, qui ſic maluerint,

Τί δέ μοι λόγων τοσοῦτον
Τῶν μηδὲν ὠφελοῦντων;

ut ita a *διδάσκεις* hæc quoque pendeant: Et hos ego animo ſuo morem gerere ſinam: Nam non inepta, hercule, eſt ſuſpicio, recteque poſt *νόμους* & *ἀνάγκας ῥητόρων* ſequuntur *λόγοι*: Eruditi ſciunt, & non ignota res eſt.

6. *Απαλὸν πόμα Λυαίου*] Pæon tertius

Digitized by Google

Opus mihi tot iſtis,
Quibus nihil juvamur?
Potare me doceto
Mollis merum Lyæi.
Quin aurea doce me
Ridere cum Cythere.
Cani caput coronant:
Aquam, puer, dato jam,
Profunditoque vinum:
Mentem mihi ſopito.

Nam

tius cum Jonico a minore.

9. Πολιαὶ στέφουσι κάρην] Senex ineptus hic loquitur: An ea ætate, quo caput jam veſtitum erat canis, bibere & ſuaviari nondum didicerat bonus, & illa nunc demum diſcere aggrederetur? Nihil ridiculum magis, inprimis ſi jungas poſtrema,

Βραχὺ μοὶ ζῶντα καλύπτεις·
Ο θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ.

Ex quibus conſtat, eum loqui de illis canis, quos mox tondebit Proſerpina: Apage, apage nugas vere ſeniles. Joſephus Scaliger pro κάρην legebat κάρη: Credo, ut Anacreonti hæc aſſereret: Nam, ut teſtis eſt Euſtathius, τὸ κάρη Antiquiorum eſt, ἡ κάρη Recentiorum: Egregie, & miro, ita vivam, acumine: Sic ſcilicet hæc bella Anacreonti convenient, & Lepidulus ille dixerit, quæ hic dicuntur: Rideo, rideo, & id facias mecum, cordate Lector. Verſum quod attinet, conſtat ex Pæone tertio & Choriambo.

11. Τὴν ψυχὴν μου κάρωσον] Moloſſus cum Ditrochæo, qui pedes ſunt ἰσοδύναμοι: Si legeretur,

Τὴν ἐμοῦ ψυχὴν κάρωσον.

Verſus Trochaicus eſſet purus putus: Sed nihil mutare volo. Illud κάρωσον τὴν ψυχὴν perſpicuum eſt, & Andreas aliique Interpretes recte exponunt: Sed cur vino animam ſopiret Senex? An ea non erat ipſa ſenectute ſatis ſopita, ut excitanda, non ſopienda eſſet vino, præſertim ubi non tantum Baccho, ſed etiam Veneri volebat operam dare, quæ certe animam ſopitam non diligit? Ut vides ſtatim, hæc etiam inepta ſunt, & antecedenti-

T 2 bus

Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις·
Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ.

XXXVII. Εἰς τὸ ἔαρ.

Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος
Χάριτες ῥόδα βρύουσι.
Ἴδε πῶς κῦμα θαλάσσης
Ἀπαλύνεται γαλήνῃ.
Ἴδε πῶς νῆσσα κολυμβᾷ.
Ἴδε πῶς γέρανος ὁδεύει·
Ἀφελῶς δ' ἔλαμψε Τιτάν.
Νεφελῶν σκιαὶ δονοῦνται·

Τὰ

bus non reſpondent: Quare omni dubio procul a Senecione ſcriptum eſt hoc Odarium, cui præter corpus tremulum etiam anima erat tremula.

12. Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις] Locus leviter corruptus: Nam præſens aperte peccat hic: Scribendum eſt,

Βραχὺ μὴ ζῶντα καλύψεις.

Brevi mortuum condes: μὴ ζῶντα pro θανόντα ſcripſit bonus, quia id Verſiculo ſequenti deſtinaverat: Nihil perſpicuum magis.

XXXVII. 1. Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος, Χάριτες ῥόδα βρύουσι] Hoc floridius & figuratius dictum eſt: Supponit Poëta, roſas non terræ, ſed ipſarum Charitum eſſe ſobolem, eoque reſpiciens ait, *Vide, ut Vere ineunte Charites roſas emittant*, id eſt, vide, ut ineunte Vere floreant roſæ: Nihil planius aut apertius. Hoc tamen diſplicet Abbati Regnerio, quia Charites roſas emittentes oculis noſtris videre non poſſumus, cum tamen ἴδε eas oculis exponat; ideoque Menagium laudat, qui hæc ita legerit,

Ἴδε πῶς ἔαρος φανέντος,

Κά

Digitized by Google

Nam mortuum teges me
Brevi mora. Sepultus
Nil concupiſcit unquam.

De vere. H. ST.

Viden' ut ineunte vere
Charites roſis abundant?
Viden' ut jam æquoris unda
Poſuit ſuum furorem?
Viden' ut jam nat anas, &
Remeare ut incipiat grus?
Pure ut refulgeat ſol?
Nebulæ fugentur atræ?

Homi-

Κάλυκας ῥόδα βρύουσιν.

Non adſentior, aut adſentiri poſſum: Quid enim? An ἴδε Charites requirit præſentes & omnium oculis expoſitas? Abſit, abſit: Roſas intueri jubet Poëta, ut qui id faciant, Veris novi admirentur delicias: Earum Matres in publicum non producit, ſed eatenus tantum celebrat, quatenus roſæ adeo venuſtæ & adeo egregiæ ſunt, ut qui eas aſpiciant, dubitare non poſſint, quin ab ipſis Charitibus emittantur in lucem: Hæc eſt mens Poëtæ, hæc eſt locutionis, quam adhibet, indoles: Quare apage, apage illud κάλυκας, quod nomen generale eſt, & nihil in ſe habens eximium, ipſas roſas hic omni venuſtate & pulchritudine privat. Si in vulgata lectione aqua mihi hæreret, non frigidum illud & arbitrarium ſumerem, ſed eleganter & modeſte legerem,

Χάριτας ῥόδα βρύουσιν.

Vide, ut primo Vere gratias ſuas emittant roſæ: Quod in quaque re pulchrum & venuſtum eſt, Græce pariter ac Latine Gratiarum nomine inſignitur, ut nemo paulo humanior neſcit: Hoc accommodum eſt,

Digitized by Google

Τὰ βροτῶν δ' ἔλαμψεν ἔργα·
Καρποῖσι γαῖα προκύπτει·
Καρπὸς ἐλαίας προκύπτει·
Βρομίου στέφεται νᾶμα:
Κατὰ φύλλον, κατὰ κλῶνα
Καθελὼν ἤνθησε καρπός.

XXXVIII. Εἰς ἑαυτόν.

Ἐγὼ γέρων μέν εἰμι,

Νέων

& nihil habet, quod oculis ſeſe occultet. Nunc ne apicem muto, & vulgatum, ſi non melius, certe non deterius autumo ſuſpicione mea, quia roſarum præſtantiam ſatis lepide ad Poëtarum mentem exaggerat.

10. *Καρποῖσι γαῖα προκύπτει*] Terra fructibus procumbit quaſi & prominet, quando eos ex ſinu ſuo emittit: *προκύπτειν* & *παρακύπτειν* apud Comicum eleganter dicitur de mulierculis, quæ exerto capite ex feneſtris proſpiciunt, ut virum ſibi quærant: Similis hic verbi uſus, & fructibus proſpectat quaſi Terra ex cubiculo ſuo, cum Veris novi ſentit calores: Paulo audacior eſt locutio, ſed non invenuſta certe. Fructus autem hic ſunt herbæ, quas ipſa terræ ſuperficies emittit: Sequentia ad fructus arboreos pertinent, & diſtinctionem commode inducunt: Nihil apertius. Et quid igitur Tanaquillus Faber? Quid Alii hic? Stultitiam hercule debent, & audiendi non ſunt.

12. *Βρομίου στέφεται νᾶμα*] Hæc dubio procul corrupta ſunt: *νᾶμα Βρομίου* eſt Bacchi liquor, ipſum vinum: An id coronatur primo Vere? An id coronatur in ipſa vite, cum palmites vireſcunt? Nihil ineptius, ita vivam ac valeam. Vitis, palmites Bacchi primo Vere coronantur foliis, non ipſum vinum, non ipſe Bacchi liquor: Pueri ſciunt, qui vix fari poſſunt. Faceſſant, faceſſant nugæ, quæ Amanuenſes perpetuos earum parentes, aperte cient; aliud ipſe Poëta dedit, & ſcribendum eſt certo certius,

Βρομίου στέφεται κλῆμα.

quod huic loco convenientiſſimum eſt, & dicit plane quod debet: *κλῆμα* & *νᾶμα* implicite & compendiarie ſcripta, parum a ſe

Hominum nitent labores:
Tellus parturit herbas:
Termes olivæ exerit ſe:
Bromii redimitur humor:
Fronde ſub omni folioque
Fructus floret opimus.

In ſeipſum. E. AN.

Ego jam ſenex quidem ſum,

Juve-

ſe diſtant: Inde error ſatis proclivis. Metrum quod attinet, Verſus eſt Anapæſticus Anacreontico æqualis.

14. Καθελὼν ἤνθησε καρπός] Illud καθελὼν quid ſignificat hic? An quod Barneſius & Baxterus crepant? Vah ineptiæ. Tanaquillus Faber id explicat *exerens ſe*: Si rogas, quo jure aut quo exemplo: Ipſe fatebitur, nullo, utut quæſierit: Quare expoſitio iſta nititur ſolo ſententiæ ductu, qui certe ad novas vocum σημασίας producendas non valet: Nam ſic actum eſſet de Linguæ Analogia, & omnia facile explicari poſſent, ne teterrimis quidem ſcripturæ mendis exceptis: Res eſt aperta, & quam demonſtrare non neceſſe. Vide autem illud καθαιρεῖν, & judica, an ejus indoles admittat Tanaquilli expoſitionem arbitrariam: Egregie fallor, aut id negabis, & in his ſapias. Ego verbum illud hic plane non intelligo, & ne te diutius morer, locum de vitio habeo ſuſpectum: Visne conjecturam? Legendum forte,

Κατὰ φύλλον, καὶ κλῶνα
Κατέχων ἤνθησε καρπός.

Sic nihil facilius: ὁ λόγος κατέχει Græce eſt *fama tenet*: Similiter καρπὸς κατέχων eſt *fructus tenens*: Fructus ſunt multi, qui primo ortu ſuo non tenent, ſed decidunt: Hinc opportune Poëta loquitur de illis, qui vegetiores, manent: Videmus quotannis, cum fructus apparent primi poſt flores delapſos: Quare appoſitiſſimum hercule eſt, καρπὸς κατέχων ἤνθησε καὶ φύλλον, καὶ κλῶνα, & quod nos ſuſpicamur, manu ſua ſcripſiſſe videtur ipſe Auctor. Verſus prior conſtat ex duobus Jonicis, poſterior ex Jonico & Ditrochæo.

XXXVIII.

Digitized by Google

Νέων πλέον δὲ πίνω,
Κἂν δεήσῃ με χορεύειν,
Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν.
Ο νάρθηξ δ᾽ ἐδὲν ἐςίν.
Ο μὲν θέλων μάχεσθαι,
Παρέςω καὶ μαχέσθω.
Εμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ,
Μελιχρὸν οἶνον ἡδὺν
Εγκεράσας, φόρησον.
Εγὼ γέρων μέν εἰμι,
Σειληνὸν ἐν μέσοισι

Μι-

XXXVIII. 4. Σκῆπτρον ἔχω τὸν ἀσκόν] Pro ſcipione mihi eſt vini uter, quem ſtrenue bibendo obtinui.

5. Ο νάρθηξ δ᾽ ἐδὲν ἐςίν] Epitritus primus cum Bacchio vel Amphibrachy.

7. Παρέςω καὶ μαχέσθω] Sententia ineptiſſima eſt: *Adſit & pugnet*: An igitur pugnare volebat Poëta, & ſi pugnax aliquis adeſſet, ſtatim manus cum eo confereret? Apage, apage nugas: Nihil alienum magis ab ejus animo: Nam bibere volebat, non pugnare, quod facile permittebat aliis, ut facerent ſtrenue, modo ſibi permitterent illi, ut ſtrenue etiam faceret, quod ipſe vellet. Et hinc apparet, ſine dubio cum Hephæſtione & aliis Grammaticis legendum eſſe,

Ο μὲν θέλων μάχεσθαι,
Πάρεςι γὰρ, μαχέσθω.

Nihil manifeſtius eſt: Hoc tamen vitium ſententiæ nemo animadvertit hactenus: Omnes de Metro fuerunt unice ſoliciti, ipſeque Stephanus hic ſcripſit, *Hephæſtion citans hos duos Verſus, legit*, Πάρεςι γὰρ, μαχέσθω. *Ut habemus, ſenſus eſt facilior, ſed non ſtat Verſus: Ut legit ille, Verſus eſt integer, ſed hærebimus in ſenſu.* Quis credat? Ego de Metro non laboro; nam Verſiculus conſtat ex Epitrito primo & Bacchio vel Amphibrachy, ut Quintus præcedens; & unius ſententiæ in-

Digitized by Google

Juvenes tamen bibendo
Supero, choroſque ducens:
Baculi loco gero utrem:
Ferulæ nec ullus uſus.
Cupiaſne dimicare?
Veniaſque, dimiceſque.
Mihi melle dulciorem,
Puer, affer huc Lyæum.
Ego jam ſenex quidem ſum,
Silenum at inter omnes

Imi-

intuitu ita reſcribo: Etiamſi enim aliud Odarium, quam hoc ipſum, in citando ante oculos habuiſſent Antiqui, & qui hæc pepigit, Poëta fuiſſet de trivio, nullo tamen modo veriſimile eſt, eum fuiſſe adeo ineptum, ut ſcribere potuerit, quod Libri Vulgati promunt, & ejus ſcopo plane adverſum eſt: Quare ineptientes Scribæ hic ſine dubio loquuntur, & eorum ignavia corruptus eſt locus. De cætero, illud *πάρεστι γὰρ* facit, ut ſuſpicer Odarium hoc a Poëta conſcriptum fuiſſe eo tempore, quo bellum publice indictum, gerebatur ſtrenue: Nam ſic apta erit locutio, & Emphaſin habebit juſtam: *Qui pugnare vult, pugnet; πάρεστι γὰρ, jam licet enim, & bella eſt occaſio:* Attende: Fallor, aut ſuſpicionem meam probabis.

9. Μελιχρὸν οἶνον ἡδὺν Ἐγκεράσας φόρησον] Nimium eſt μελιχρὸν ἡδὺν, & Tautologum: An diſtinguendum forte?

Ἐμοὶ κύπελλον, ὦ παῖ,
Μελιχρὸν, οἶνον ἡδὺν
Ἐγκεράσας φόρησον.

Id paulo melius eſt, ſed ſat etiam non arridet mihi: Nam & Epitheta nimis propinqua manent, & verba ad iſtam diſtinctionem minus apte collocata ſunt. Vitium ſubeſſe non puto, & ipſius Poëtæ diligentiam hic ſuſpectam habeo.

12. Σειληνὸν ἐν μέσοισι Μεμυήμενος χορεύσω] Locus corruptus: Nam

V quid

Digitized by Google

Μιμούμενος χορεύσω.

XXXIX. Εἰς ἑαυτόν.

Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τότε μευ ἦτορ ἰανθὲν
Λιγαίνειν ἄρχεται Μούσας.
Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Αποῤῥίπτονται μέριμναι
Πολυφρόντιδές τε βουλαὶ
Ες ἁλικτύπους ἀήτας.
Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Λυσιπαίγμων τότε Βάκχος

Πο-

quid eſt ἐν μέσοισι? Quo pertinet? Id mihi dixerit nemo, qui nugas non amat. Non morabor te, Lector, ſed uno verbo dicam, quod verius eſt ipſo vero: Legendum,

Σειληνὸν ἐν νέοισι
Μιμούμενος χορεύσω.

Hoc omnes intelligunt, & longe appoſitiſſimum eſt: ἐν νέοισι, *inter juvenes*: Habuimus antea,

Ἐγὼ γέρων μὲν εἰμι,
Νέων πλέον δὲ πίνω.

Ut prius illud repetiit, ita poſterius repetere non potuit non: ἐν νέοισι igitur faciem obvertit τῷ νέων, & hæc apte ſibi reſpondent invicem: Nihil indubitatius. Reſtat adhuc aliud: Scabra & hiulca eſt cohærentia verborum: Nam poſt μὲν præcedens ex uſu Linguæ hic requiritur δὲ ſequens: An Metrum effecit, ut illud exulet? Si ita ſit, Poëta certe pauperculus fuit, qui ad iſtas anguſtias reduci potuit hic: Barneſius id minime credidit, & patrocinium præſtitit, ſcribens,

Σειληνὸν ἐν μέσοις δὲ
Μιμούμενος χορεύσω.

An ejus judicium ſequemur hactenus, & proinde legemus?

Σει-

Digitized by Google

Imitabor in choreis.

In ſeipſum. E. A N.

Ubi ſuave poto vinum,
Animo repente læto
Celebro novem Camœnas.
Ubi ſuave poto vinum,
Subito moleſta cura &
Operoſa conſili vis
Rapidas eunt in auras.
Ubi ſuave poto vinum,
Subito jocos reſolvens

Roſeas

Σειληνὸν ἐν νέοις δὲ
Μιμεύμενος χορεύσω.

Ego, hercule, particulam alio loco conſpicere mallem, ſed ibi tamen conſpicio potius, quam nullibi: Quid dicam? Ubi *μαλιχρὸν οἶνον ἡδὺν* cum his copulo, ſive particula adſit, ſive abſit; de Auctore aliquid plane ſuſpicor, quod minus honorificum eſt. Visne tamen aliud? In Hymnis, qui Orpheo adſcribuntur vulgo, prima in *Σιληνὸς* corripitur: Quod ſi hic factum quoque putes, legere queas ordine probato & bono,

Σιληνὸν δ' ἐν νέοισι.
Μιμεύμενος χορεύσω.

Sic ſcilicet Verſiculus alius erit ab Anacreontico, & conſtabit etiam ex Epitrito primo & Bacchio vel Amphibrachy: Vide & judica: Ego nihil hic aſſevero, quia neſcio quis & quo ingenio fuit, qui hæc ſcripſerit.

XXXIX. 3. *Λιγαίνειν ἄρχεται Μούσας*] Duo Epitriti primi.

5. *Ἀπεῤῥίπτονται μερίμναι*] Jonicus a minore cum Ditrochæo.

9. *Λυσικαίγμων τότε Βάκχος*] Illud *λυσικαίγμων* mendum ingenue

Πολυανθέσιν μ᾽ ἐν αὔραις
Δονέει μέθη γανώσας.
Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Στεφάνους ἄνθεσι πλέξας,
Επιθεὶς δὲ τῷ καρήνῳ,
Βιότου μέλπω γαλήνην.
Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Μύρῳ εὐώδεϊ τέγξας
Δέμας, ἀγκάλαις δὲ κούρην
Καλέχων, Κύπριν ἀείδω.
Οτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Υπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις

Τὸν

profitetur: An cum Tanaquillo Fabro legendum?

Φιλοπαίγμων τότε Βάκχος

Non improbo, ſed dubito, quia paulo audacior eſt conjectura: Scis, quid mihi in mentem venerit? Poëtam ſcripſiſſe ſuſpicor;

Λυσιπράγμων τότε Βάκχος

Quod certe aptum eſt, & proxime ad vulgatam ſcripturam accedit: Ut ipſi pueri ſciunt, πράγματα moleſtiæ ſunt Græce: λυσιπράγμων igitur, qui labores & moleſtias ſolvit, ut λυσιμέριμνος, λυσανίας, λυσίπονος, & quæ id genus occurrunt alia: Vides? Hoc accommodum eſt. Verſiculus conſtat ex Epitrito ſecundo & Jonico a minore.

10. Πολυανθέσιν μ᾽ ἐν αὔραις] Vini fragrantiam Lyricus ſatis venuſte vocat αὔρας πολυανθεῖς: *Inter odores Lyæi ſuaviſſimos, & multorum floſculorum odorem imitantes*: Iſtæ auræ & ſpiritus odoriferi ad inducendam ebrietatem non parum etiam faciunt: Quare appoſite ſequitur,

Δονέει μέθη γανώσας.

Nihil certius aut perſpicuum magis. Sunt, qui legunt,

Πολυανθέσιν μ᾽ ἐν ὥραις

Quod ineptum eſt, & ineptiiſſe probat,

Roſeas me agit per auras
Hilarem ebriumque Bacchus.
Ubi ſuave poto vinum,
Simul indui coronam
Manibus meis paratam,
Varioque flore textam,
Placidam celebro vitam.
Ubi ſuave poto vinum,
Liquido madens odore,
Lepidam & tenens puellam,
Venerem cano jocoſam.
Ubi ſuave poto vinum,
Animum ut meum explicavi

Cyathi

bat, qui ita legerint: ἄεροι πολυανθεῖς nihil ad hunc locum: Nam quovis alio tempore eadem eſt vini virtus: In re clara verbis parco.

15. Βιότου μέλπω γαλήνην] Ubi dixerat jam,

Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τότε μου ἦτορ ἰανθὲν
Μούσας ἄρχεται λιγαίνειν.

hoc nimium ſane videtur mihi: Nam cum Muſas celebrabat, haud dubie celebrabat etiam Vitæ tranquillitatem, ſine qua Muſæ non poſſunt eſſe, quod ſunt: Hoc quiſque ſentit ſtatim. Ut dicam quod res eſt: Poëta hic quatuor Articulis dicit, quod niſi loquacior fuiſſet, dixiſſet duobus: Nam qui ſequuntur duo, idem illud dicunt, quod qui præcedunt duo: Attende modo: Non dubitabis. Hoc autem per ſe ingratum, magis adhuc ingratum eſt propter Verſiculum intercalarem: Eruditi ſciunt, & hinc conjecturam facere poſſunt de Auctore & ejus ingenio. Sequentia melius ſe habent, & magis diſſona ſunt. Metrum quod attinet, Verſiculus hic ſimilis eſt Verſiculo quinto.

21. Ὑπὸ κυρτοῖς δὲ κυπέλλοις] Abſque ullo dubio legendum eſt,

Ὑποκύρτοισι κυπέλλοις.

Τὸν ἐμὸν νόον ἁπλώσας,
Θιάσῳ τέρπομαι κούρων.
Ὅτ᾽ ἐγὼ πίω τὸν οἶνον,
Τόδε μοι μόνῳ τὸ κέρδος.
Τόδ᾽ ἐγὼ λαβὼν ἀποίσω.
Τὸ θανεῖν γὰρ μετὰ πάντων.

XL. Εἰς Ἔρωτα.

Ἔρως ποτ᾽ ἐν ῥόδοισι
Κοιμωμένην μέλιτταν
Οὐκ εἶδεν, ἀλλ᾽ ἐτρώθη.
Τὸν δάκτυλον δὲ δαχθεὶς
Τᾶς χειρὸς, ὠλόλυξε.
Δραμὼν δὲ καὶ πετασθεὶς
Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,

Ολω-

23. Θιάσῳ τέρπομαι κούρων] Illud κούρων hic ſatis puerile eſt: De voluptate honeſta enim agitur, ut non obſcure conſtat ex voce θιάσῳ. Recte & perſpicue ſcripſiſſet Homo,

Θιάσῳ τέρπομ᾽ ἑταίρων.

Verſiculus, uti nunc legitur, conſtat ex Jonico a minore & Epitrito primo.

25. Τόδε μοι μόνῳ τὸ κέρδος] Adſentior Baxtero, qui pro μόνῳ legebat μόνον: Nam id ſententia aperte requirit: Quid? An Poëta bibebat unus, & omnes alii iſta felicitate carebant? An ille ſolus hoc lucro gaudebat, nec alius quiſquam id ſibi

Digitized by Google

Cyathi in modum repandi,
Thiaſo frequente lætor.
Ubi ſuave poto vinum,
Proprium hoc meum eſt lucellum,
Et id auferens abibo:
Siquidem mori ſtat omnes.

De Amore. H. ST.

Inter roſas Cupido
Apiculam jacentem
Non vidit, eſtque punctus.
Manumque ſauciatus,
Mox ejulare cœpit.
Et curſitans volanſque
Ad candidam Cytheren,

Heu,

bi ſperare poterat? Nimis ſuave hoc & lepidum: Scribe igitur μόνον, ut conjiciebat ille: Senſum id habet optimum.

26. Τόδ' ἐγὼ λαβὼν ἄπειμι] Si ad cubitum Poëtæ adſtitiſſem, ei auctor fuiſſem, ut ſcriberet,

Τόδε μοι μόνον τὸ κέρδος,
Ὃ λαβὼν ἐγὼ ἄπειμι.

Hoc unum mihi eſt lucellum, quod ego auferam: Nunc ita corrigere nec audeo, nec volo: Maneat τόδε repetitum, quanquam minus apte hoc loco.

XL. 3. Οὐκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη] Illud ἀλλ' ἐτρώθη poſt οὐκ εἶδεν non ſatis

Ολωλα, μᾶτερ, εἶπεν,
Ολωλα, κἀποθνήσκω.
Οφις μ' ἔτυψε μικρὸς,
Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι
Μέλιτταν οἱ γεωργοί.
Α δ' εἶπεν, Εἰ τὸ κέντρον
Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας,
Πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν,
Ερως, ὅσους σὺ βάλλεις;

XLI. Εἰς συμπόσιον.

Ιλαροὶ πίωμεν οἶνον,

Ανα-

tis concinne ſequitur, & aſperius eſt ipſum ἀλλά.

10. Οφις μ' ἔτυψε μικρὸς, Πτερωτὸς &c.] Ne quid diſſimulem, hæc ἀφέλεια mihi videtur nimia, nec ita ſimplex Cupido, utut parvus & tenellus, præſertim ubi jam arcu valebat, & faciebat, quod partium ſuarum eſt: Ab iſta autem ſimplicitate nimia etiam pendet metus & clamor Pueruli, ὄλωλα, ὄλωλα, μᾶτερ, κἀποθνήσκω: Quia ſcilicet a ſerpente, qui venenatus eſſe ſolet, ſe exiſtimabat læſum, de vita mox adeo ſolicitus erat miſer. Quid tamen videtur? Nonne illud ὄλωλα, nonne illud κἀποθνήσκω etiam nimium eſt in ore Pueri immortalis? De eo non dubitabis, credo, ſi attendas: Quare cum Alii in extollendo ſæpe ſunt nimii, hic in deprimendo nimius eſt vitio contrario. Rectius & naturalius Auctor Idyllii ſimilis, quod Theocrito vulgo adſcribitur: Nam ita ille de Cupidine,

—— —— ὁ δ' ἄλγει, ϗ χέρ' ἐφύσῃ·
Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, ϗ ἅλατο·
τᾷ δ' Αφροδίτᾳ
Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, ϗ μέμφετο ὅττι-
γε τυτθὸν

Θη-

Heu, occidi, occidi, inquit,
Vitamque, mater, efflo.
En me minuta ſerpens
Pennata vulneravit,
Apem vocant coloni.
Tunc illa, Apis ſi acumen
Tantum facit dolorem,
Quantum dolere credis
Quos tu feris, Cupido?

In convivium. E. A N.

Hilari merum bibentes

Bro-

Θηρίον ἐστὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύ-
ματα ποιεῖ.

In quibus nihil, quod modum excedit. Præceſſerat ibi de ape,

—— —— ἄκρον δὲ χειρῶν
Δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν. ——

Id plus etiam dicit, quam rei natura patitur, & melius contra hic expreſſit Lyricus,

Τὸν δάκτυλον δὲ δηχθεὶς
Τᾶς χειρὸς, ——

digitum, & digitum unum unius manus: Hoc apte & concinne dictum: Quanquam non dubito, quin pro χειρῶν Auctor ille ſcripſerit χειρὸς: Sed hoc in tranſitu: Plura alias.

14. Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας.] πονεῖ hic novum eſt ἐνεργητικῶς, & ut dicam, quod debeo, minus etiam appoſitum, ubi ſtatim πονοῦσιν ſequitur παθητικῶς: Nam ſic ambiguitas inducitur, & minus belle profecto variatur. πονεῖς de Cupidine fuiſſet longe ſyncerius & accommodatius: εἰ σὺ πονεῖς τοσοῦτον βληθεὶς ὑπὸ τᾶς μελίττας, πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν, ὅσους σὺ βάλλεις; Hoc certum & perſpicuum eſt. Et quid ſi igitur ſcripſiſſet Auctor?

Α δ' εἶπεν, Εἰ τὸ κέντρον

Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον,
Τὸν ἐφευρετὰν χορείας,
Τὸν ὅλας ποθεῦντα μολπάς·
Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι,
Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
Δι' ὃν ἡ μέθη λοχεύθη,
Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
Δι' ὃν ἀμπαύεται. λύπα,
Δι' ὃν εὐνάζετ' ἀνία.
Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν

Ἀπα-

Πονεῖς σὺ τὰς μελίττας·
Id certe non deterius viſum fuiſſet mihi. Cæterum in his verbis Matris nihil eſt, quod metum Filii de ſerpente venenato vel minuat vel tollat: Et hoc ego minus etiam probo: Nam ſententiæ ductus & ipſum ὑμνεῖν meo judicio deſideraſſent vel hoc, *O bone, pro ſerpente perperam habes animalculum, quod non venenum, ſed melle ſcatet: Sed ſi ejus aculeus &c*, vel aliquid ſimile: Attende, attende, quæſo: Suffragaberis mihi.

XLI. 2. Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον] ἀναμέλψομεν pro ἀναμέλπωμεν hic ſcriptum putant Interpretes in gratiam Metri: Quod durum eſt, ſed in hoc Odario, quod ex melioribus nequaquam eſt, tolerari poteſt: Alias ipſum ἀναμέλψομεν reſtituendum, ut Verſus conſtet ex Jonico a minore & Ditrochæo, menſura hercule bona.

3. Τὸν ἐφευρετὰν χορείας]. Verſus hic & ſeptem ſequentes Bacchum diſerte celebrant, & ſunt quaſi Hymnus in Bacchum: Et quid igitur his junctum ἀναμέλψωμεν, *celebremus*, ubi actu jam celebrant? Sane hæc non cohærent apte: Rectum fuiſſet,

Ἱλαροὶ πίωμεν οἶνον,
Ἀναμέλπωμεν δὲ Βάκχον,
Τὸν ἐφευρετὰν &c.

Sed id cum ſequentibus non conveniſſet.

4. Τὸν ὅλας ποθεῦντα μολπάς] *Cantilenas totas & integras, quæ numeris ſuis conſtant, & proferuntur* *inte-*

Digitized by Google

Bromium patrem canamus.
Bromius chori repertor:
Bromium juvant canentes,
Bromium juvant jocantes.
Bromius Cupidini par:
Bromio calet Cythere,
Temulentia & per ipſum
Genita eſt, Chariſque pulchra:
Per eum dolor ſopitur,
Per eum quieſcit angor.
Ubi poculum quietum

Pueri

integre: ὅλαι μολπαὶ hic opponuntur ταῖς ἐλλιπέσι, quæ cantantur ab illis, qui ita ebrii ſunt, ut vix verbum proferre poſſint unum: De Baccho, qui ἐρώμενος eſt Veneris, & ὁμότροπος Cupidini, hic agitur? Ille autem ebrios χαρίεντας amat, non brutis ſimiles, & μολπὰς proinde ὅλας, non ἐλλιπεῖς audire cupit: Locutio venuſta eſt & naturalis, quam Tanaquillus Faber non intellexit, ideoque fruſtra ſuſpectam habuit. Barneſius eam comparat cum Κύπριν ὅλην πίνοντα, quod Ode 57. extat: Imperite, ut ſolet: Nam ὅλην ibi jungendum cum participio πίνοντα, non cum nomine Κύπριν: Hoc quiſque videt. Rectiſſime ὅλην παρειὴν, quam Ode 28. tibi illuſtravimus, cum his ὅλαις μολπαῖς componere potes, ſi velis: Nam id neceſſe non eſt, quia locutio aperta eſt, & nihil ſimile ad illuſtrationem ſuam deſiderat.

5. Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι] Pæon tertius cum Jonico a minore.

8. Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη] Hoc probat, μέθην in præcedenti Verſiculo, de illa ebrietate accipiendum eſſe, quæ χαριέστατα dici poteſt: Et hoc lepidum ſane & venuſtum. Scis, quid ſuſpicer? Ea, quæ in his bona ſunt, Auctor ex aliis Anacreonticis deſumſit, & ad captum ſuum perperam compoſuit. Verſiculus menſura ſimilis eſt Verſiculo quinto.

9. Δι' ὃν ἀμπαύεται λύπα] Jonicus a minore cum Epitrito primo.

 14. An-

Digitized by Google

Ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες,
Τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν
Ἀνεμοτρόπῳ θυέλλῃ.
Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν,
Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.
Τί γάρ ἐστί σοι κέρδος
Ὀδυρωμένῳ μερίμναις;
Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον;
Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.

Με-

14. Ἀνεμοτρόπῳ θυέλλῃ] Ineptias alit ἀνεμοτρόπῳ: Nam tale Epithetum non convenit θυέλλῃ: Et hoc Amanuenſibus imputo, non ipſi Poëtæ, qui ſine dubio ſcripſit manu ſua, ut recte monuit Tanaquillus Faber,

Ἀνεμοστρόφῳ θυέλλῃ.

Nihil accommodatius.

16. Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν] Ubi præceſſit,

Τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν
Ἀνεμοστρόφῳ θυέλλῃ.

hoc perquam inepte ſequitur: Nam quod πέφευγε, fruſtra ſane rogamur, ut dimittamus poſt ipſam fugam: Dolor cum ventorum procellis abierat ad ignotas Mundi plagas, & ſic ejus reliquum erat nihil: Quid igitur miſſum facerent boni? Quid hortari poterant, ut dimitterent? Vides? Nihil inſulſius: Ejuſdem autem Commatis ſunt alia omnia, quæ de curis ad finem uſque Odarii dicuntur: Ubi dolor & moleſtia omnis cum procellis plane aufugerat, de una voluptate hic loqui debuiſſet bonus, ſi cor & mentem habuiſſet: Hoc certum eſt & nemo paulo humanior negabit.

17. Τί γάρ ἐστι σοι κέρδος] Illud σοι aperte demonſtrat, ad unum Sodalem hic verba fieri, & numerum pluralem de duobus in his accipiendum eſſe, ipſo nempe Poëta & illo Sodali ejus uno: Nihil indubitatius. Sic autem conſtat primo, Odarium perperam inſcribi εἰς ſυμπόσιον, quod totum ſodalitium requirit, & convivas exhibet plures: Dein, egregie falli Abbatem Regnerium, cum Odarium hoc

in

Digitized by Google

Pueri ferunt venuſti,
Fugit uſque cura mixta
Rapidis Noti procellis.
Oneremur ergo vino,
Cura & levemur omni.
Tibi quid dolore prodeſt
Et confici querelis?
Quis enim futura novit?
Sua cuique vita cæca eſt.
Juvat uvidum Lyæo

Agi-

in ſeptem partes diſtribuit, quas Chori inſtar convivæ nunc junctim, nunc diviſim ceciniſſent: De ipſa diſtributione, quæ ſine dubio male ab eo inſtituta eſt, nunc nihil attinet loqui: Sufficit, quod ipſum commentum ſit ejusmodi, ut in his locus ei potuerit eſſe nullus. Ita igitur intelligendus eſt Verſiculus, cujus ſententia aperta eſt: Sed quid dicendum de ejus menſura? Ea haud dubie laborat, & manus Medicas jam experta eſt: Dicam paucis: Qui legunt,

Τί γάρ ἐςί σοι τὸ κέρδος;

errant: Nam Articulus *τὸ* non quadrat in illa verborum ſtructura. Barneſius facta tranſpoſitione ſcribit,

Τί σοι γάρ ἐςί κέρδος;

Rectius certe: Non tamen adſentior, quia aliud facilius mihi in mentem venit: Scribendum,

Τί γάρ ἐςιν σοι κέρδος;

Verſus eſt Anapæſticus, qualis extat Ode 37.

18. *Ὀδυρομένον μερίμναις*] Nihil ineptius: Nam nec *ὀδυρέομαι*, nec *ὀδυρέομαι μερίμναις* dicunt Græci: Cum Porto & Barneſio haud dubie legendum eſt,

Ὀδυνωμένον μερίμναις;

Vide eos, præſertim Barneſium, qui hic præter morem dixit, quod debuit.

19. *Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον*] Illud *πόθεν οἴδαμεν* mihi videtur vile & plebejum: Quod ſupra habuimus, *Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε*, longe melius & venuſtius.

20. *Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος*] Hoc ſordidum & ineptum eſt: Quid enim? An *vita hominibus eſt ignota & in-*

 com-

Digitized by Google

Μεθύων θέλω χορεύειν,
Μεμυρισμένος δὲ παίζειν
Μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν.
Μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν
Οσον ἐστὶν ἐν μερίμναις.
Ιλαροὶ πίωμεν οἶνον,
Αναμέλψομεν δὲ Βάκχον.

Εἰς

comperta? An neſciunt miſeri, vivant nec ne? Nugæ, nugæ: Quod dicere voluit bonus, dicere non potuit: De vitæ termino ſenſit; de ipſa vita locutus eſt ambigue & perperam.

21. *Μεθύων θέλω χορεύειν*] Hic male Socium relinquit, & ſolus ſe delectat Homo.

22. *Μεμυρισμένος δὲ παίζειν Μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν*] Minus apte collocatum eſt καὶ: Nam oratio ita procedere debet: *μεθύων θέλω χορεύειν, μεμυρισμένος δὲ καὶ παίζειν μετὰ καλῶν γυναικῶν*. Et ſic ipſe Poëta, credo, Metri neceſſitate: Nihil enim muto.

24. *Μελέτω δὲ τοῖς θέλουσιν Οσον ἐστὶν ἐν μερίμναις*] Hæc male Tautologa ſunt: Nam ubi de curis jam toties locutus fuerat, de illis ne hiſcere debuiſſet hic.

26. *Ιλαροὶ πίωμεν οἶνον, Αναμέλψομεν δὲ Βάκχον*] Ineptiſſima clauſula poſt quinque præcedentes Verſiculos, quibus de ſe ſolo egerat Poëta, & Sodalem omneſque alios curis diſtentos valere etiam juſſerat ſolus: Adhæc, *Αναμέλψομεν δὲ Βάκχον* hic male repetitur in fine, quia nihil ſequitur, quod ad Bacchi laudes pertineat, & mox obmuteſcit Lyricus: In principio cum *ἀναμέλψομεν* cohæret Bacchi Encomium, & ſic verbum non caret effectu: Hic vento ſervit, & effectu deſtituitur plane. Unde apparet tandem, quid de Auctore hujus Odarii ſentiendum ſit: Homo fuit ineptus & nullius judicii, qui verba rite diſponere, & partes Orationis apte jungere non didicerat: Diſſoluta enim & luxata in his pleraque. Diximus, eum, quæ bona ſunt, forte ab Aliis mutuaſſe: Hoc quo magis ſingula conſidero, eo probabilius autumo: Nam inter prava & male coagmentata video, quæ meliorem certe indolem ſpirant. Talia autem illa præcipue, quæ in laudem Bacchi dicuntur ſtatim in prin-

Digitized by Google

Agitare me choreas,
Juvat & fragrantem olivo
Decente cum puella
Hilare vacare ludo.
Quod adeſt moleſtiarum
Sibi qui volent habento.
Hilari merum bibentes
Bromium patrem canamus.

Ad

principio: Nam octo illi Verſiculi non ſunt ſane illepidi: Eos autem rectius proferre potuit Homo, quia nexu carent, & conſtruendi dexteritatem non deſiderant: Singuli enim per ſe ſubſiſtunt, & ad unius Bacchi pertinent Encomium. Qui autem ſequuntur quatuor, etiam non ſunt mali: Quare duodecim certe Verſiculos habemus bonos & apte diſpoſitos, eos ſcilicet, qui duos excipiunt primos. Quod ubi attentius conſidero, in animum meum ſeſe ingerit ſuſpicio, quam non poſſum non tecum communicare, Lector: Fors primi Verſus ita legendi ſunt, ut diximus ſtatim: Et hi quatuordecim,

Ἱλαροὶ πίνομεν οἶνον,
Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον,
Τὸν ἐφευρετὴν χορείας,
Τὸν ὅλας ποθοῦντα μολπὰς,
Τὸν ὁμότροπον Ἔρωτι,
Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·
Δι' ὃν ἡ μέθη λοχεύθη,
Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,
Δι' ὃν ἀμπαύεται λύπα,
Δι' ὃν εὐνάζετ' ἀνία.
Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν
Ἁπαλοὶ φέρουσι παῖδες,
Τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν
Ἀνεμοστρόφῳ θυέλλῃ.

conſtituerint integrum Odarium, aptum ſane & bonum: Alii undecim fuerint pars major alterius Odarii, quod capite, forſan & cauda, carebat: Et hos imperiti Amanuenſes, ut alibi etiam factum, primo cum quatuordecim aliis male copulaverint: Dein Grammatici inficeti, ut nexus eſſet apertior & nihil mutilum appareret, clauſulam illam egregiam iis appinxerint, Ἱλαροὶ πίνομεν οἶνον, Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον. Quid cenſes? Sic diſſonum illud, & pleræque ineptiæ ceſſant: Nam ut diximus, primum Odarium plane bonum eſt: Alterius autem pars major, minus quidem bona propter ea, quæ in ipſa elocutione

XLII. Εἰς ἑαυτόν.

Ποθέω μὲν Διονύσου
Φιλοπαίγμονος χορείας,
Φιλέω δ' ὅταν ἐφήβȣ
Μετὰ συμπότȣ λυρίζω.
Στεφανίσκȣς δ' ὑακίνθων
Κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας,
Μετὰ παρθένων ἀθύρειν
Φιλέω μάλιϛα πάντων.
Φθόνον ȣ̓κ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ,
Φθόνον ȣ̓κ οἶδα δαϊκτόν.
Φιλολοιδόροιο γλώτlης
Φεύγω βέλεμνα κȣ̃φα.

Στυ-

cutione notavimus, ſed tamen non omnino mala: Quare hæc mea ſuſpicio poteſt eſſe veriſſima. Sic autem primum Odarium ad plures συμπότας, alterum ad unum Sodalem ſcriptum fuiſſet, & Vulgata Inſcriptio locum ſuum tueri poſſet.

XLII. 3. Φιλέω δ' ὅταν ἐφήβȣ] Pæon tertius cum Jonico a minore.

10. Φθόνον ȣ̓κ οἶδα δαϊκτόν] Verum eſt; illud δαϊκτὸν non convenit, quia παθητικὸν eſt, & ſententia hic ἐνεργητικὸν aperte deſiderat: Sed eo non adducar, ut hæc ita interpolem,

Φθόνον ȣ̓ δεδαὼς δάκτην.

Nam nihil revera durius aut ingratius, ſive aurem conſulas, ſive præcedentia cum his nectas: In re clara verbis parco: Tu legas, moneo,

Φθόνον ȣ̓κ οἶδα δαϊκτήν.

Sic

Digitized by Google

Ad ſeipſum. E. AN.

Cupio quidem jocoſi
Bromii choros requirens:
Amo vero cum juvencis
Fidibus canens bibenſque:
Hyacinthinis corollis
Caput implicatus, ut cum
Teneris jocer puellis,
Amo maxime inter omnes.
Nihil invidere poſſum,
Neque noſſe contigit mî
Livorem adhuc malignum.
Leviora tela linguæ
Fugio timens procacis.
Fugio execrorque ſemper

Epulis

Sic ἐπεξήγησιν habemus opportune: *Cor meum invidiam non novit, invidiam laniatricem nec ipſe novi*: De ſe & corde ſuo diſtincte loquitur Poëta: In quo ſi non αὔξησις, certe iſta ἀφέλεια eſt non illepida, quam in his Lyricis nemo paulo humanior aſpernabitur: Et tamen conjecturæ inſulſæ parens, cui δαΐκτην etiam in mentem venerat, propter ipſam illam geminationem relicto bono ſecutus eſt pravum: Mirarer, niſi ita ſaperet ubique.

11. Φιλολοιδόροιο γλώττης] Codex Vaticanus male Φιλολοιδόροισι: Scaliger ad Oram Libri adſcripſerat,

Φιλολοιδόρου τῆς γλώττης·

Perperam & inepte, ubi copula rectius abeſt, quam adeſt, & Verſus ad aures ſic durius accedit.

12. Φεύγω βέλεμνα κοῦφα] Codex Vaticanus male iterum Ἔφευγε.

Digitized by Google

Στυγέω μάχας παροίνους
Πολυκώμους κατὰ δαῖτας.
Νεοθηλαῖσιν ἅμα κούραις
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων.
Βίον ἥσυχον φέρωμεν.

Εἰς

13. Στυγέω μάχας παροίνους] Hic etiam male Codex Vaticanus Ἐστυγέων pro Στυγέω.

15. Νεοθηλαῖσιν ἅμα κούραις] Ita Henricus Stephanus edidit: Aperta Metri jactura: Nam Verſus ſine dubio eſt Jonicus ἀπ' ἐλάσσονος. In Editione Moreliana typis excuſum eſt,

Νεοθήλαις ἅμα κούραις

Recte, quod ad menſuram Verſus, ſed male, quod ad ſententiam attinet: Nam κοῦραι νεόθηλαι ſunt puellæ mammis recens admotæ, quas Poëta cum aliis omnibus non inſulſis reliquiſſet earum nutricibus, non expetiiſſet ſibi: Res eſt nimis aperta: Quare perbene Tanaquillus Faber repoſuit,

Νεοθηλέσ' ἅμα κούραις.

κούραις νεοθηλέσι vel νεοθηλαῖς ſunt tales, quales deſiderabat Lyricus: Nihil certius aut evidentius.

17 Βίον ἥσυχον φέρωμεν] Hic quædam deeſſe ſuſpicantur Viri Eruditi: Veriſſime abſque ullo dubio: Nam verba non cohærent, & ipſum φέρωμεν ſocios abeſſe clamat. Præcedentia unum Poëtam conſtanter repræſentant nobis, ut vides. Unde tamen ſuſpicio ſuboriri poſſet, φέρωμεν plane ab hoc loco alienum eſſe, nec unquam ab ipſo Poëta fuiſſe ſcriptum: Quid ſi duos Verſiculos præcedentes,

Νεοθηλέσ' ἅμα κούραις
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων,

jungamus cum hoc uno, ſed ita leviter interpolato,

Βίον ἥσυχον φέρω μὲν?

Sic certe eadem perſona manet, & ea deſiderantur, quæ poſt μὲν exhibebant δὲ: *Cum puellis virentibus ad barbiton ſaltans, vitam lætam & tranquillam agam quidem &c.* φέρω eſt modus ſubjungendi, non modus indicandi: Dixerat antea Poëta,

Πιθέω μὲν Διονύσου
Φιλοπαίγμονος χορείας·
Φιλέω δ' ὅταν ἐφήβου
Μετὰ συμπότου λυρίζω·
Στεφανίσκους δ' ὑακίνθων
Κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας,
Μετὰ παρθένων ἀθύρων
Φιλέω μάλιστα πάντων.

Quibus tria voluptatum genera recen-

Digitized by Google

Epulis citata feſtis
Genialibuſque bella:
Ubi maxime choreas
Vernante cum puella
Cithara ſonante plaudo.
Juvat otium & quies me.

De

cenſet: Primum, χορείας Διονύσου φιλοπαίγμονος: Alterum, λυρίζειν μετ᾽ ἐφήβου συμπότου: Tertium, ἀθύρειν μετ᾽ παρθένων: Duo priora æqualis erant conditionis, & eodem loco habebat Lyricus: Tertium illis præferebat longe, & maxime amabat: Eo reſpiciens hic in fine, ſumit, quod ſibi potiſſimum videbatur, idque ſi non unice, ſaltem præcipue ſe in poſterum agere velle, declarat partim hiſce, partim amiſſis: Quid ais? Hoc non ineptum eſt. Visne aliud, quod mihi in mentem venit, dum hæc ſcribo? Fors ita legendi ſunt tres Verſiculi,

Νεοθηλέσσ᾽ ἅμα κούραις
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων
Βίον ἥσυχον φέροιμι.

Sic pro ſubjungendi modo habemus optandi modum, qui hic ſane quadrat, & nihil Odario deeſt: Hoc perſpicuum eſt, & vides ſtatim. Eo tamen admiſſo, ne quid diſſimulem, nimis præciſe unum illud ſibi exoptat Poëta, duobus aliis, quæ odio minime proſequebatur, plane neglectis, & ne verbo quidem vel tacite vel expreſſe commemoratis: Quod minus conveniens profecto: Quare prius eo reſpectu melius certe eſt, aut ſaltem melius eſſe poteſt. Et quid tamen, ſi rem ex vero æſtimemus, ipſa illa repetitio de puellis vernantibus & luſu cum eis? Sane, ubi ſingula nunc penitius inſpicio, ea quocunque modo fiat, mihi videtur minus appoſita: Nam Odarium & ejus ſententiam revera onerat, ubi præcedentia illa, Μετὰ παρθένων ἀθύρειν Φιλέω μάλιστα πάντων, abunde ſufficiunt, & ad mentem Poëtæ quocunque modo declarandam nihil præterea requiritur. Visne igitur tertium, quod ex duobus aliis & accuratiori eorum examine mihi enatum? Fors duo Odaria hic etiam perperam conjuncta ſunt: Primum fuerit octo Verſuum: Alterum a Φθόνον οὐκ οἶδ᾽ ἐμὸν ἦτορ inchoaverit, & quod Verſuum fuerit definiri non poteſt, quia in fine lacerum eſt. Certe hoc mihi ſit perquam probabile: Nam ſic nihil ocioſum aut perperam repetitum adeſt, & ſententia utriuſque Odarii perſpicua eſt:

XLIII.

Εἰς τέττιγα.

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,
Οτι δενδρέων ἐπ' ἄκρων
Ολίγην δρόσον πεπωκὼς,
Βασιλεὺς ὅπως, ἀείδεις.
Σὰ γάρ ἐστι κεῖνα πάντα,
Οπόσα βλέπεις ἐν ἀγροῖς,
Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι.
Σὺ δὲ φιλία γεωργῶν,

Ἀπὸ

Verſus ſcilicet poſtremos nunc etiam ita lego,

Νεοθηλέος ἅμα κύρεις
Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων
Βίον ἥσυχον φέρω μέθυ,

& φέρω non ſubjungendi modo accipio, ſed indicandi, quem alia itidem ſervant: Præter ſententiam autem ſuſpicioni etiam favet verborum indoles: Nam in Primo Odario omnia vinculis cohærent; in Altero omnia ad Verſum poſtremum uſque vinculis carent: Attende, attende: Quod mihi probabile videtur, fallor, aut probabile etiam videbitur tibi. Potuit autem ipſum illud, Νεοθηλέος' ἅμα κύρεις &c, ubi minus accurate diſtincta erant Odaria, confuſionem inducere, & hebetiores argumenti ſimilitudine fallere: Nam ita ſæpe erratum eſt, ut nemo paulo humanior neſcit. Illud addendum eſt uno verbo: μέθυ' poſt βίον ἥσυχον φέρω minus apte collocatum eſt, ſed id Metri neceſſitate factum arbitror: Alias, quod vix tamen credibile, mendum gravius deliteſceret: Nam φέρω μέθυ ab hoc loco plane abhorret, nec ullo modo ad ejus normam adaptari poteſt: De

eo

Digitized by Google

De cicada. H. ST.

O ter quaterque felix
Cicada, quæ ſupremis
In arborum viretis,
Roris parum ut bibiſti,
Cantare dulce gaudes,
Reginam agens potentem.
Quodcunque conſpicaris,
Tuum eſt, quod arva gignunt,
Quod ſylva cunque profert.
Te amplectitur colonus,
Quod ejus in labores
Injurioſa non ſis.

Co-

eo non dubitandum, quicquid Barneſius aliique ineptientes comminiſcantur & blaterent.

XLIII. 2. Οπ δενδρέων ἐπ' ἄκρων] Liber Vaticanus male,

Οπ δενδρέων ἐπ' ἄκρων.

Vident omnes.

4. Βασιλεὺς ὅπως] Hoc referendum eſt ad præcedens Δενδρέων ἐπ' ἄκρων, & ſequens Σὰ γάρ ἐςι &c: Nam qui id jungunt cum ἀείδεις, & exponunt, ὡς τυραννεύων τὶς ἐν τῇ ᾠδῇ, quod minus Emphaticum & magis coactum eſt, hercule ſumunt.

5. Σὰ γάρ ἐςι κεῖνα πάντα] Peſſime Liber Vaticanus καινὰ πάντα.

7. Χ' ὁπόσα φέρουσιν ὧραι] Verſus recte a Tribrachy incipit: Optimum autem eſt illud ὧραι, quod in Libro Vaticano male mutatum in ὕλαι.

8. Σὺ δὲ φιλία γεωργῶν] Hic etiam Tribrachyn habemus in principio: Ipſum φιλία ne tangas: Ut diximus ſupra ad Oden 18, cum Emphatice loquebantur Græci, τὸ πρᾶγμα adhibebant ἀντὶ τοῦ προσώπου: Hoc factum etiam hic: Non colonorum amica, ſed ipſa colonorum amicitia eſt cicada: Nihil dulcius aut jucun-

Digitized by Google

Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων.
Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,
Θέρεος γλυκὺς προφήτης.
Φιλέουσι μέν σε Μοῦσαι,
Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην.
Τὸ δὲ γῆρας οὔ σε τείρει,
Σοφὲ, γηγενὴς, φίλυμνε,
Ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε·
Σχεδὸν εἶ θεοῖς ὅμοιος.

Εἰς

jucundius. Tanaquillus Faber, id non animadvertens, legebat hic,

Σὺ δὲ φίλος εἶ γεωργοῖς.

Quo jure & quo ſucceſſu, nunc quiſque videt.

9. *Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων*] Verba trajecta: Ordo eſt, ἀποβλάπτων τὶ μηδενὸς, *nullius quid lædens*: ἀποβλάπτειν idem, quod βλάπτειν, ut ἀποβλέπειν idem, quod βλέπειν, ἀποθεραπεύειν idem, quod θεραπεύειν, & alia id genus ſexcenta: Nihil eſt, quod cujusquam lædas: τὸ μηδενὸς reſpicit γεωργῶν præcedens. Tales trajectiones ſunt ſatis frequentes, & Poëtæ adhibent ſæpe, ut Metro morem gerant. Qui τὶ ἀπὸ μηδενὸς *nullius rem* explicant junctim, idque comparant cum notiſſimis illis Theocriti χαῖται ἀπ' ἀκάνθας, λεπύριον ἀπὸ πρίνοιο, falluntur & fallunt: Nam ἀπὸ ita adhibetur recte, quando de illis ſermo eſt, quorum unum ab altero originem ducit; Sicuti pappi ab acantho, glans & glandis tunica ab ilice: Non autem, cum iſta ratio originis deſit, quemadmodum hic: Fruges enim & ſemina non oriuntur ab agricolis, ſed aliunde orta agricolæ poſſident & ſibi acquirunt: Quare τὸ ἀπὸ μηδενὸς pro τὶ μηδενὸς eo ſenſu ineptum

Digitized by Google

Colunt, cicada, te omnes,
Divina quod puteris
Æſtatis imminentis.
Te diligunt Camœnæ,
Te diligitque Phœbus,
Vocemque dat canoram.
Te non ſenecta carpit,
Feſtiva, terræ alumna,
Cantus amica, & omnis
Mali & doloris expers,
Ulla nec aucta carne,
Nec aucta ſanguine ullo:
Ipſis abes parum a Diis.

De

tum eſt, & Sermonis Analogiam temerat: Si μηδενὸς de re accipi poſſet, figuræ Theocriticæ eſſet locus: Sed id fieri prohibet verborum indoles, quanquam Barneſius certe ita vertit, *De nihilo quicquam lædens:* Quid mirum? Ab ipſa infantia ſua nugari didicerat bonus.

11. Θέρεος γλυκὺς προφήτης] Θέρος hic proprie accipiendum de æſtate, quando Sol & cælum maxime calet: *Æſtatis nuncia es cicada:* Cum tu canis cicada, ipſo cantu tuo æſtatem nuncias. Canere incipit cicada exeunte vere, & ſic æſtatis eſt Propheta: Nihil planius. Ad naturam animalculi reſpicit Poëta, quod frigoris impatientiſſimum eſt: Ea de re nos nuper aliquid ad Philen, quem peſſime intellexerat Bersmannus.

16. Σοφὴ, γηγενὴς, φίλυμνε] Perperam Liber Vaticanus, γηγενὴ, φίλυπνε.

17. Ἀπαθὴς, ἀναιμόσαρκε] Sine dubio legendum eſt,

Ἀπαθὴς, ἄναιμ', ἄσαρκε.

Liber Vaticanus depravatius ἀναιμόσαρκε habebat.

XLIV.

Digitized by Google

XLIV. Εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Εδόκουν ὄναρ τροχάζειν,
Πτέρυγας φέρων ἐπ᾽ ὤμων,
Ο δ᾽ Ερως, ἔχων μόλυβδον
Περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις,
Εδίωκε, καὶ κίχανεν.
Τί θέλει ὄναρ τόδ᾽ εἶναι;
Δοκέω δ᾽ ἔγωγε πολλοῖς
Εν ἔρωσί με πλακέντα,
Διολισθανεῖν μὲν ἄλλοις,
Ενὶ τῷδε συνδεθῆναι.

Εἰς

XLIV. Odarium lepidum & venuſtum.

9. *Διολισθανεῖν μὲν ἄλλοις, Ενὶ τῷδε συνδεθῆναι*] Hæc depravata ſunt, & Auctor hujus Odarii ita relinquere non potuit: Nam primo, poſt *διολισθανεῖν μὲν ἄλλοις* ſequi debuiſſet *συνδεθῆναι δὲ ἑνὶ τῷδε*, ut ſic oratio recte procederet, & particulæ collactaneæ ordine ſeſe exciperent: Dein, *ἑνὶ τῷδε*, *uni huic*, peccat & ineptias alit, quia id una cum *ἄλλοις* ſe refert ad præcedens *ἐν ἔρωσι πολλοῖς*, & ſic demonſtrationi locus eſt nullus: Cum ea, quæ hic dicuntur, ſomniabat Poëta, multis amoribus erat implicitus: Ex ſomnio igitur colligit, ſe excepto uno ex omnibus aliis evaſurum: In quo nihil, ut vides, quod *τῷδε* vel promittat vel ferat. Et corrigamus igitur, quæ corrigenda ſunt, ut una opera & ſententia & ſententiæ reſplendeſcat nexus: Scribo diviſis voculis, quæ male coaluerant, & mutato leviter accentu,

Δοκέω δ᾽ ἔγωγε πολλοῖς
Εν ἔρωσί με πλακέντα,

Διο-

Digitized by Google

De ſuo ſomnio. H. ST.

Videbar in quiete
Huc curſitare & illuc,
Humeros amictus alis;
Amor ſed impeditus
Plumbo pedes tenellos,
Me perſequens prehendit.
Sibi ſomnium quid hoc vult?
Mihi quidem videtur,
Me plurimos amores
Fugiſſe jam implicatum,
Hærere in hoc ſed uno.

In

Διολισθανεῖν μὲν ἄλλοις,
Ἑνὶ τῷ δὲ συνδεδῆσθαι.

Quid, quæſo, facilius? Sic autem nihil revera aptius: τῷ idem, quod τινὶ, ut omnes ſciunt: Hoc conveniențiſſimum eſt, & plane dicit, quod ſententia ſibi requirit: *Exiſtimo ſane ego, me multis amoribus implicitum, elabi quidem ex aliis, uno vero aliquo colligari:* Neſciebat Poëta, quo amore colligaretur ex multis: Hinc ἑνὶ τῷ veriſſime & perquam opportune dedit: Nihil certius aut evidentius. Illud addendum uno verbo: In Editis quibusdam propter abſentiam, ut ego autumo, particulæ δὲ, peſſime correctum eſt,

Διολισθανεῖν ἐν ἄλλοις,
Ἑνὶ τῷδε συνδεδῆσθαι.

Nam, ut nihil aliud dicam, quid διολισθανεῖν ἐν ἄλλοις, & quidem poſt πλακέντα ἐν ἔρωσι πολλοῖς? Idne aptum eſt, & ita dici poteſt apte? Nugæ, nugæ, quæ nauſeam mihi creant, imprimis poſt veram lectionem reſtitutam: Quare eo faceſſant ocyus, quo venerint.

Digitized by Google

XLV. Εἰς τὰ τοῦ Ερωτος βέλη.

Ο ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης
Παρὰ Λημνίαις καμίνοις
Τὰ βέλη τὰ τῶν ἐρώτων
Εποίει, λαβὼν σίδηρον.
Ακίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,
Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα.
Ο δ' Ερως χολὴν ἔμισγε.
Ο δ' Αρης ποτ' ἐξ ἀϋτῆς
Στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων,
Βέλος ηὐτέλιζ' Ερωτος.
Ο δ' Ερως, Τόδ' ἐστιν, εἶπε,
Βαρύ· πειράσας νοήσεις.
Ελαβεν βέλεμνον Αρης,

Υπο

XLV. 4. Εποίει] Liber Vaticanus Επόει: Non neceſſe, ut ſciunt ipſi Pueri.

6. Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα] Paeon tertius cum Jonico a minore: Ejuſdem menſuræ eſt Verſus Quartusdecimus ſequens.

8. Ο δ' Αρης ποτ' ἐξ ἀϋτῆς] Poſt ἐποίει, ἔβαπτε, ἔμισγε, minus concinnum eſt ποτέ: An forte legendum?

Ο δ' Αρης τότ' ἐξ ἀϋτῆς,
Στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων,
Βέλος ηὐτέλιζ' Ερωτος.

Tunc, cum Vulcanus, Venus & Cupido in illa telorum fabrica erant occupati, ſupervenit Mars, & ea ſprevit: Attende: Sic apta eſt ſeries orationis & ipſa narratio.

13. Ελαβεν βέλεμνον Αρης] De hoc ἔλαβεν, & aliis, quæ ſequuntur, mi-
ra

Digitized by Google

In Cupidinis ſagittas. H. ST.

Veneris maritus olim
Ad Lemnias caminos
Amoribus ſagittas
Dum cudit ære ſumpto,
Hamosque melle dulci
Dum temperat Cythere,
Miſcetque fel Cupido;
Mars prælio revertens
Quatiebat horridam haſtam,
Tela elevans Amoris.
At Amor, Grave iſtud, inquit:
Fac, ſi libet, periclum.
Mars accipit ſagittam,

Venus.

ra narrant Viri Eruditi: Ut id ſcias, verba Richardi Bentleji ex Epiſtola jam citata ad *Poëtam ſine Fuco* de his adſcribam: *Regas, utrumne id velint, Amorem ſuum jaculum in manus modo Marti dediſſe, an in Martem contorſiſſe & eum vulneraſſe: Neutra ex his ſententia, ſed alia inter utramque media vera eſt. Quippe Cupido non contorſit jaculum, ſed manu tantum capiendum tradidit: At repente jaculum, ex vivo ſcilicet igne & æthereo fulgure conſtans, in Martis corpus ſe ſponte inſinuavit, & reconditum latuit: Inde eſt illud* ἀναστενάξας, gemitum & ſuſpirium ducens, *ob vulnus ſcilicet: Et* ἆρον αὐτό, tolle, quæſo: *quippe in intima corporis penetraverat:* ἔχε *vero* αὐτό, tecum ſerva, *ait Cupido irridens,*

Ὑπεμειδίασε Κύπρις.
Ὁ δ' Ἄρης ἀναστενάξας,
Βαρὺ, φησὶν, ἆρον αὐτό.
Ὁ δ' Ἔρως, Ἔχ' αὐτὸ, φησί.

Εἰς

ridens, qui ſolus potuit extrahere, ſed noluit. Quæ nonne mira ſunt, ut dixi? Credebas olim, tela Cupidinis mittenda eſſe arcu, ut rupta cute in corpus penetrarent: Id aliter ſe habere, diſcis nunc: Ignis enim vivus & fulgur æthereum, ex quo conſtant tela, faciunt, ut absque arcu in corpus ſeſe inſinuent ſtatim, ibique hæreant ita pertinaciter, ut præter unum Cupidinem non ſit alius, qui ea extrahere poſſit: Mira, mira: Sed nimis hercule mira. Quare ea captum meum longe ſuperant, & aliud requiro, quod naturalius ſit, & mentem Poëtæ rite explanet: Id autem ubi in Aliorum commentis etiam non offendo, paucis quod res eſt, tibi exponam, Lector: Cum Mars telum Cupidinis in manum ſumſit, vis teli occulta ſtatim per poros ſe in manus intima inſinuavit, eamque omni robore & ἐνέργεια ita privavit, ut Deus telum manu neque ſuſtinere, neque emittere potuerit; Similiter fere, ut in torpore fieri ſolet: Manus enim, quæ torpet, & oneri impar eſt, & illud ipſum, quod tenet, abjicere non poteſt, quia movendi facultas deeſt, & pro manu mortua potius haberi debet, quam pro manu viva: Sentisne? Sic omnia hic perſpicua ſunt & plana: Simulac enim vis teli occulta manum perrepſerat, belli Præſes, utut robuſtus, & teli pondus ſenſit, & ingemiſcens Cupidini dixit, *tolle illud*, & quod ego tibi porrigere non poſſum, mihi ex manu ipſe ſume. Telum, quod in manu vegeta leviſſimum erat, in manu torpente videbatur graviſſimum, & Mars nunc tenere debebat invitus, cum cæteroquin id vel Cupidini reddere vel manu emittere potuiſſet facile: Quod probe ſciens Cupido, ſubriſit, ut antea ſubriſerat Mater, & reſpondit, *Id ipſe tene & habe*; ſic ſcilicet vires ejus experieris porro, & ſcies, an id jure contemſeris præ haſta tua: Nihil lepidius, nihil naturalius. In vi autem occulta, quæ Cupidinis telo hic adſcribitur, nihil ſane novum, ubi in aliis ſexcentis vim ſimilem celebrarunt Veteres: Scis, quid de Mercurii *Virga* ſcripſerint omnes: Quos ea tangebat Deus, vel ſopire vel excitare poterat pro lubitu: Alia vulgo notiſſima prætereo. De vellere Arietis, quo ad Colchos vectus eſt Phri-

xus

Venuſque riſit: Ille
Vehementer ingemiſcens,
Gravis, inquit; aufer illam.
Tibi ſerva, ait Cupido.

nus, & quod poſtea inde abſtulerunt Argonautæ, Apollonii Scholiaſtes ad Libr. 3. ſcribit, id tactu Mercurii factum fuiſſe aureum: Τὸν ῥα χρύσειον ἔθηκεν Ἑρμείας] λέγεται γὰρ τῇ τοῦ Ἑρμοῦ ἐπαφῇ τὸ δέρος τοῦ κριοῦ γενέσθαι χρυσοῦν. Hoc minus notum eſt, & hic verbo commemoro, ut videas, quam ſtolide pro τῇ ἐπαφῇ Vir Doctus ibi reſcripſerit τῇ βαφῇ. Visne aliud, dum in his ſum? Quod Cupido & Jacchus, ut Dii juvenes, tangebant manu, ſi vetulum eſſet & decrepitum, ſtatim ipſo tactu fiebat vegetum & juvenile: Ita nullo negotio illuſtrare poſſum celeberrimum illud Fragmentum Orphicum, quod Græce apud Clementem Alexandrinum, Latine vero apud Arnobium extat, & omnes Viros Eruditos a renatis Literis fruſtra torſit: Videamus breviter: Græcum ita legendum eſt,

Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα
Σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
Χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν αὔους ὑπὸ κόλπους.
Ἠδ' ἐπεὶ οὖν εἶδεν Θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Sic locuta, veſtem attraxit, & oſtendit omnem corporis figuram minime venuſtam: Puer vero Jacchus aderat, manuque eam ſuccutiebat ridens ſub aridos & emaceratos ſinus: Quod ubi vidit Dea, ex animo riſit, & accepit varium vas, in quo erat Cyceon. Attracta veſte apparuit pars illa corporis, qua mulier erat Baubo, non venuſta & decora, ut in virgine juvencula, ſed horrida & deformis, ut in anu decrepita eſſe ſolet: Hanc tamen blande tetigit Jacchus adſtans, & anum ſub ſinu palmula ſuccuſſit: Quod cum videret Dea, mirata eſt in juvene, & levato dolore riſum ei extorſit: Hæc ſimpliciſſima eſt verborum ſententia; Quam Enarratores ad mentem Orphicorum mox interpretamentis ſuis exornarunt paululum: Iſtam ſcilicet contrectationem & ſuccuſſionem Jacchi, qui in Theologia Orphica non erat alius ab ipſo Cupidine, ita explicuerunt, ac ſi pars Vetulæ ea formam mutaſſet ſtatim, & ex decrepita facta fuiſſet juvenilis: Tangebat & ſuccutiebat Jacchus partes illas aniles & defor-

Digitized by Google

XLVI. Εἰς Ερωτα.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν δὲ ϗ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον δὲ πάντων,
Αποτυγχάνειν φιλȣ̃ντα.
Γένος, ὐδὲν εἰς ἔρωτα·
Σοφίη, τρόπος, πατεῖται.

Μόνον

mes; quæ ſic repente ipſo tactu & ſuccuſſione factæ ſunt juvenculæ & venuſtæ: Id autem riſit Dea, & riſit non immerito: Nihil enim revera ridiculum magis, quam in anu emaciata & rugoſa unum illud juvenile & pubeſcens. Hoc facile & perſpicuum eſt. Eo autem pertinet Antiqua Verſio Latina, quam Arnobius non fecit, ſed ab ipſis Orphicis factam, ut major eſſet ejus auctoritas, ſtudio ſibi ſumſit; ita, ut nunc mihi videtur, legendam,

Sic effata, ſimul veſtem contraxit ab imo,
Objecitque oculis formatas inguinibus res:
Quas cava concutiens Jacchus manu; nam puerilis
Ollis vultus erat, plaudit, contrectat amice.
Tum Dea defigens auguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paulum mollita repoſuit:
Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti
Perducit totum Cyceonis læta liquorem.

Cum Baubo monſtraſſet res formatas inguinibus, Jacchus eas cava manu concuſſit primum; dein plauſit & amice contrectavit, quia illis vultus erat juvenilis. Vultum juvenilem aſſumſerant, ſimulac manu Jacchi concuſſæ erant: Inde cum plauſu ſtatim exiliit Puer, & eas ſic transformatas amice tetigit. Illud, *nam puerilis ollis vultus erat*, rationem continet, quare poſt ſuccuſſionem partes mox amice contrectaverit Jacchus, & ita interponitur, ut ad ipſum *plaudit, contrectat amice* reſpiciat unice: Sic ſententia illa Enarratorum & Interpretis ſatis aperta eſt. Quid autem ipſe Arnobius? Ille Jacchi & Deorum miniſteria ridens, rem naturaliter intellexit, & ut magis ridicula eſſet & obſcœna, de notiſſima depilatione expli-

Digitized by Google

In Amorem. H. ST.

Et non amare, durum eſt,
Et eſt amare, durum:
Duriſſima omnium res
Amare, nec potiri.
In Amore negliguntur
Imagines avorum:

Mores

explicuit: Vides? Sic omnia pulchre concinunt, & nihil eſt, quod moleſtiam alicui præbere poteſt: Leviſſima autem eſt medela, quam ego in his reſtituendis adhibeo: Nam pro Βαυβῶς, quod in tertio Verſu Fragminis Græci peſſime extat, αὔως minima mutatione elegantiſſime lego: κόλποι enim vetularum tales: Legi etiam venuſte poſſet βαιὸς, ut exile illud contrarium denotaret τῶ βαθυκόλπων: Sed alterum malo. Hoc in Græco: In Verſione autem Latina pro *Baubo* in Verſu etiam tertio repono *Jacchus*; quod facile profecto irrepere potuit ex Græcis perperam ſcriptis, nec longe petitum eſt: Id vero ſi Diſyllabum ſit, Spondeum, ſi Triſyllabum, Amphimacrum cum ſyllaba præcedenti efficit: Niſi forte *Bacchus* pro *Jacchus* ſcribere velis, quæ nomina ſunt ἰσοδύναμα, ut ſic menſura Verſus ſit certior, & literarum mutatio paulo minor: Fac, quod velis. Alterutrum certe nomen loco neceſſarium eſt, & ipſe ſententiæ ductus requirit: Quis enim manu propria corpuſculum ſuum tangens, illud ita *contrectare*, & quidem ita *contrectare amice* poſt *plauſum & ſuavitatem*, dicitur unquam? Nugæ, nugæ: Ea in omnium oculos apertiſſime ingerunt contrectationem & factum alterius, de quo verba ita commode fieri poſſunt: Is autem fuit, & eſſe debuit unus ille Jacchus adſtans: Nihil certius. Sed hoc in tranſitu præter noſtrum in his inſtitutum, ut data occaſione explicarem, quæ nemo Eruditorum hactenus explicare potuit, & Salmaſius ad Solinum ita explicuit poſtremus, ut ſi eum ſequaris, bonus Arnobius, quem Verſionis Auctorem perperam cenſet, in Græcis fuerit puer, & vix ſanum habuerit ſinciput.

XLVI. Εἰς Ἔρωτα] Hoc Odarium

Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
Απόλοιτο πρῶτος αὐτὸς
Ο τὸν ἄργυρον φιλήσας.
Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφὸς,
Διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες·
Πόλεμοι, φόνοι, δι' αὐτόν.
Τὸ δὲ χεῖρον, ὀλλύμεσθα
Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

XLVII. Αλλο ᾠδάριον.

Φιλῶ γέροντα τερπνὸν,
Φιλῶ νέον χορευτάν.
Γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,
Τρίχας γέρων μέν ἐστι,
Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

XLVIII. Αλλο.

Δότε μοι λύρην Ομήρου,

Φονίης

rium in Libro Vaticano peſſime jungitur cum Odario præcedenti: Quod certe ſuſpiciones meas de aliis Odariis in his perperam junctis

Mores jacent & artes:
Solum intuentur aurum.
Pereat male expetendi
Qui primus auctor auri.
Hinc cura nulla fratris,
Spernuntur hinc parentes:
Hinc & cruenta bella.
Quod maximum malorum eſt,
Quicunque amamus, omnes
Per hoc perimus unum.

Aliud Odarium. H. ST.

Juvenis ſeniſque feſtas
Video lubens choreas.
Senex at in choreis,
Senex quidem eſt capillis,
Juvenis ſed uſque mente eſt.

Aliud. E. AN.

Age da lyram mî Homeri,

Ubi

ctis, elucidat & confirmat.
XLVII. 3. Γέρων δ᾽ ὅπου χορεύῃ] Liber Vaticanus ſatis diſſone,
Ἂν δ᾽ ὁ γέρων χορεύῃ.

Sic

Digitized by Google

Φονίης ἄνευθε χορδῆς·
Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν,
Φέρε μοι νόμους κεράσσω,
Μεθύων ὅπως χορεύσω,
Ὑπὸ σώφρονος δὲ λύσσης
Μετὰ βαρβίτων ἀείδων
Τὸ παροίνιον βοήσω.

XLIX. Ἄλλο.

Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε,

Λυρι-

Sic Verſus eſt Choriambicus, ut recte Barneſius monuit.

XLVIII. 3. *Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν, Φέρε μοι νόμους κεράσσω*] Locus a diſtinctione laborat: Nam quid *νόμους κεράσσω*, *leges miſceam*? Nugæ, & nugæ meræ: Tu ocyus diſtingue mecum,

Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν,
Φέρε μοι νόμους, κεράσσω,
Μεθύων ὅπως &c.

Sic *κεράσσω* recte per ſe ſubſiſtit, & utrumque *φέρε* habet voces ſuas. Diximus ſupra ad Oden Tertiam, *κεράσω*, *miſcebo*, loci ſententiæ magis convenire, quam *κεράσσω*, *miſcuero*: Id dicimus etiam hic, & ipſe vides ſtatim, ſi attendas. De cætero, ubi *θεσμοὶ* & *νόμοι* ſine dubio ſunt *ἰσοδύναμα*, in illis hic perperam variat Auctor: Nam repetitio vocis certe Veneres habuiſſet ſuas: *φέρε μοι κύπελλα νόμων, φέρε μοι αὐτοὺς τοὺς νόμους, κεράσω, μεθύων* &c. Hoc, aut aliquid ſimile, fuiſſet longe venuſtius: Affer mihi legum pocula; Affer mihi ipſas leges; lætus nunc & alacer miſcebo, ut &c. Non fuit Anacreon, aut alius elegantior, qui hæc pepigit.

7. *Μετὰ βαρβίτων ἀείδων*] Ingratum eſt *βαρβίτων* in numero plurium, ubi *λύρην* in numero ſingulo præcedit, & de ſe uno ad Citharam unam, quam ipſe pulſaret, cantante loquitur Homo. Inquies, ita alibi etiam Poëtæ: Fateor; Sed in locis, ubi id factum, aut alia verborum conditio,

Digitized by Google

Ubi chorda abeſt cruenta.
Age, da ſcyphos ſacrarum,
Volo temperare, legum:
Ut humum ebrius laceſſam,
Pede verberans ſoluto:
Citharaque concinente,
Rabie furens modeſta
Temulenta verba fundam.

Aliud. E. AN.

Age, pictor optime, audi

Lyri-

ditio, aut eadem etiam eſt inconcinnitas. An ſcribendum βαρβίτυ, ut hiatum non metuerit, quem profecto ſpernere poterat? Fac, quod velis: Ego nihil hic affirmo, quia de Auctore minus honorifice ſentio. Ut id verbo addam: Cur etiam in principio numeros mutavit? Δότε μοι λύρην Ὁμήρου: Φέρε μοι κύπελλα θεσμῶν, Φέρε μοι νόμους: An una Lyra non poterat afferri, niſi a pluribus, pocula autem & poculorum decreta, ab uno ſingula? Sentis ſtatim, quam frivolum hoc & ineptum: In numeris igitur ibi vacillavit bonus, ut Metro morem gereret, & Verſus cudere poſſet: Quod ſane Poëtam pauperculum & invenuſtum prodit.

8. τὸ παροίνιον βόησω] Poſt hunc Verſum Codex Vaticanus repetit duos Verſus primos,

Δότε μοι λύρην Ὁμήρου,
Φονίης ἄνευθε χορδῆς.

Quæ repetitio inepta eſt, & ab ineptientibus haud dubie profecta. Scis, Lector, quid de clauſula Odarii 41. ſuſpicer: Id commode etiam hinc ſtabilimentum accipit.

XLIX. 1. Αγε, ζωγράφων &c.] Hæc Ode procul omni dubio mutila eſt & maxima ſui parte truncata: Nam cum Libro Vaticano ita legamus & ordinemus quatuor Verſus priores,

Αγε, ζωγράφων ἄριστε,
Λυρικῆς ἄκουε Μούσης·
Γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον

Digitized by Google

Λυρικῆς ἄκουε Μούσης·
Φιλοπαίγμονες δὲ Βάκχαι
Ετεροπνόους ἐναύλους·
Γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
Ιλαράς τε καὶ γελώσας·
Ο δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,

Γρά-

Ιλαράς τε καὶ γελώσας·

an ſic quatuor reliqui Oden abſolvere poſſunt, & ea exhibent, quæ poſt τὸ πρῶτον recte ſuccedunt? Id nemo dixerit hercule, qui ſapiat. Dein, quid illa?

Ο δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,
Γράφε καὶ νόμους φιλούντων.

An apte cohærent, ſive φιλούντων retineas, ſive id mutes in πινόντων? Abſit, abſit: Nam Leges amantium & bibentium, ut atramento vel minio ſcribi, ita cera facile adumbrari poſſunt: Quare de illis certe ita non locutus fuit Lyricus, ſed de re longe alia, quæ penicilli & picturæ ſuperat vires. Habuimus Supra Ode 28.

Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
Απαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ο δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.

Aliquid ſi non magis, ſaltem non minus difficile, hic ſibi requirit Verſiculus ſimilis: Hoc certum & dubii expers. Nugantur igitur, & ſtrenue quidem, omnes Interpretes & Viri Eruditi, qui hæc ita jungunt, & jungi poſſe exiſtimant: Separanda enim ſunt, quæ homines inſulſi peſſime copularunt, & tota Ode abſque dubio ita repræſentari debet,

Αγε, ζωγράφων ἄριστε,
Λυρικῆς ἄκουε Μούσης·
* * * * * * * *
Γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον
Ιλαράς τε καὶ γελώσας·
* * * * * * * *
Φιλοπαίγμονες δὲ Βάκχαι
* * * * * * * *
Ετεροπνόους ἐναύλους
* * * * * * * *
Ο δὲ κηρὸς ἂν δύναιτο,
* * * * * * * *
Γράφε καὶ νόμους φιλούντων
* * * * * * * *

Sic de jactura conſtat, & a conjectu-

Lyricæ modos Camœnæ.
Berecynthiasque vento
Minime ſuo ſonantes,
Age, tibias jocoſis
Penitus relinque Bacchis.
Age, pinge civitates
Hilaras, nec abſque riſu.
Modo vero cera poſſit,

jecturis futiliſſimis abſtinebunt, ſpero, Naſutuli. Quot autem Verſus inter incolumes exeiderint, una cum ignariſſimis ſcio, ideoque non niſi ſingulos notavi: Id moneo, ne ſtellulas male accipias.

4. Ετεροπτόους ἐναύλους] Duo Epitheta, quorum vox ſubſtantialis cum aliis interiit: Duriſſime Faber,

Ετεροπτόοις· ἐν αὐλοῖς.

Nam Βάκχαι ἐν αὐλοῖς vix ac ne vix ita dici poteſt Græce: Si quid mutandum eſſet, legerem ego,

Ετεροπτόους μὲν αὐλούς.

Quod mutilatis convenit, & tibias etiam opportune promit: αὐλοὶ ἑτεροπτόοι ſunt tibiæ diverſa ſonantes; tibiæ dextræ & ſiniſtræ, quæ diſcrepabant ſono: Pueri ſciunt hodie, & qui aliter legunt vel intelligunt illud tibiarum Epithetum, riſum mehercule debent.

5. Γράφε τὰς πόλεις τὸ πρῶτον] Verſiculus hic non potuit commode ſequi ſtatim poſt Verſum ſecundum: Nam Procemiolum ſine dubio fuit paulo majus, & in eo γράφε, ποίει, aut verbum ſimile præceſſit: Vide modo Odas ſimiles. Fallor etiam, aut ante πόλεις in ipſo Prooemiolo totum Odarii ὑποκείμενον breviter expoſuit Poëta, idque non urbes forte ſolas, ſed regionem etiam complexum fuit univerſam, in qua urbes illæ cum aliis adjunctis: Delicias enim agunt, qui de Urbibus Homericis hic cogitant, ac ſi in toto terrarum orbe non fuiſſent urbes, quarum meminiſſe poterant Poëtæ, præter illas Homeri: Quo nihil, ita vivam ac valeam, ſtultius & ridiculum magis. Si Anacreon Auctor fuiſſet hujus Odarii, eum Joniæ urbes & delicias hic laudaſſe dicerem: Nunc nihil affirmo, quia de Auctore plus quam dubito: Quanquam certe Alius Anacreontem imitatus, id facere potuit ex ejus perſona, vel ipſe Patriæ itidem ſuæ felicitatem ita Verſibus celebrare: Eo ſane vi-

Digitized by Google

Γράφε καὶ νόμους φιλούντων.

L. Εἰς Διόνυσον.

Ο τὸν ἐν πότοις ἀτειρῆ,
Νέον ἐν πότοις ἀταρβῆ,
Καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν
Τελέων θεὸς κατῆλθε·
Απαλὸν βροτοῖσι φίλτρον,

Πότον

dentur verba pertinere, & prolixior fuit Ode, ſi quid ego conjector.

8. Γράφε καὶ νόμους φιλούντων] Non neceſſe, ut νόμους φιλούντων pependerit a γράφε: Nam alia potuerunt vel præcedere vel ſequi, a quibus id pendebat: Ex. Gr. aut Venerem, aut Cupidinem, aut Gratias, &c, pinge, Amantium leges vel ferentes, vel interpretantes, vel recitantes &c: In gratiam Rudiorum hoc moneo.

L. Εἰς Διόνυσον] Non male quidem Odarium ita inſcribitur, ſed rectius tamen Joſephus Scaliger id inſcripſit Εἰς σταφυλὴν τρύγιμον: Nam de uva ſecta hic proprie agitur.

1. Ο τὸν ἐν πότοις ἀτειρῆ, Νέον &c.] Alii Codices aliter, & quidem ita,

Ο τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ,
Νέον ἐν πόθοις ἀταρβῆ,
Καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν
Τελέων θεὸς κατῆλθε·

Utrum melius? Si me audias, vulgatum: Nam elegans eſt earundem vocum repetitio, & cum Charactere hujus Odarii mire convenit, ubi habemus etiam in fine,

Ιν' ὅταν τέμωσι βότρυν,
Ανοσοι μένωσι πάντες,
Ανοσοι δέμας θεητόν,
Ανοσοι γλυκύν τε θυμόν.

Eædem ſcilicet voces in iiſdem ſedibus Rhythmum adjuvant, & faciunt ut moduli in his dulcius ſonent: Ut autem repetitum ἄνοσοι ibi, ita repetitum ἐν πότοις hic, ea ſibi adjuncta habet, quorum non eadem, ſed diverſa eſt indoles: Nam primum ἀτειρῆ ad corpus & musculorum vires referendum eſt: Alterum ἀταρβῆ ad animum & pectoris

Etiam ſuas amantum,
Mihi pinge ſanctiones.

In Bacchum. E. AN.

Juvenem in ſcyphis valentem,
Minime in ſcyphis paventem,
Lepidum in ſcyphis choreuten
Faciens Deus revenit,
Homini meros amores,

Hila-

ris liberioris vigorem: Tertium καλὸν χορευτὴν ad pedes agiles & lætitiæ tripudiantis Veneres. Hæc perſpicua ſunt, & lectionem illam commendant ſane. Jam ſi alteram conſideres; quid in ea, quod adeo abblandiri poſſit? Id ego, hercule, non video: Nam ut modulorum ſuavitatem mittam, quid πόνοι hic? An ærumnæ? An labores proprie dicti? Ambigua vox eſt, & neutrum ſatis convenit: Nam ſi ærumnas eligas, de junioribus perperam dicitur, quod de ſenioribus dicendum fuiſſet: Illi enim in ætate provectiori magis ærumnis ſunt obſtricti, quam juvenes, qui in ætate prima vix ærumnas norunt: Si autem labores proprie dictos ſumas, vix ſane eſt, ut de illis hic potuerit eſſe ſermo: Nam qui laborant, & in laboribus occupati ſunt, de vino parum cogitant, quod ocio conſecratum eſt: Et hinc eſt, quod ἐν πόνοις mihi certe arrideat minus. Quid autem ἐν πόθοις, quod ſequitur? Quales intelliguntur πόθοι? Quæ deſideria? Amores, inquies, & luſus amatorii: Concedo: Sed quid adeſt hic, quo latiſſima vocis ſignificatio ad iſtas anguſtias redigitur? Nihil certe, nihil: Et ſic ſentis, quam ambiguum hoc & lubricum. Tandem id etiam mihi diſplicet, quod eaſdem voces non repetens Lyricus, adhibuiſſet tamen ſimiles & plane gemellas: Nam id ambiguitatem inducit, quam vix expedire poſſunt aures: Ut πόνοις mittam, quam ambiguum, quæſo, eſt illud ἐν πόθοις ἀταρβῆ, ἐν πόνοις χορευτὴν? Meo certe judicio, ſi eaſdem

Πότον ἄϛονον κομίζων,
Γόνον ἀμπέλȣ τὸν οἶνον,
Πεπεδημένον ὀπώραις,
Επὶ κλημάτων φυλάτ‍τειν.
Ιν᾽, ὅταν τέμωσι βότρυν,
Ανοσοι μένωσι πάντες,
Ανοσοι δέμας θεητόν,
Ανοσοι γλυκύν τε θυμὸν,
Εσέτȣς φανέντος ἄλλȣ.

Εἰς

dem voces non repetiiſſet Poëta, hiſce non fuiſſet uſus, ſed alias ſumſiſſet, ut apte & perſpicue loqueretur. Quare ego ita ſentio, ut dixi, & lectionem diſſonam a Naſutis Grammaticis profectam eſſe ſuſpicor plane.

6. Πότον ἄϛονον κομίζων] Recte πότον, vel ut ſcribendum potius, ποτὸν: πόθον, cujus Stephanus hic meminit, non eſt unius aſſis: Pueri vident.

8. Πεπεδημένον ὀπώραις] *In fructibus incluſum:* Vinum nondum preſſum aut expreſſum; quod uvæ adhuc continent, & in earum folliculis, tanquam in carcere, adhuc detinetur: Nihil apertius: Et quid igitur blaterat Faber? An in illis ſenſus eſt nullus? Hercule, nihil inſulſius aut inconſideratius. Verſiculus conſtat ex Pæone tertio & Jonico a minore, recteque etiam hic inter Anacreonticos commoratur.

9. Επὶ κλημάτων φυλάτ‍τειν] Menda levicula: Veriſſime corrigunt,

Επὶ κλημάτων φυλάτ‍των.

Sic nihil perſpicuum magis: κομίζων, φυλάτ‍των, ſine copula: Quod mire convenit cum indole hujus Odarii. Faber hic etiam nugas agit.

14. Εσέτȣς φανέντος ἄλλȣ] Locus corruptus: Nam ἐσέτȣς nihil ſignificat Græce: An cum Viris Eruditis legendum,

Εἰς ἔτȣς φανέντος ἄλλȣ.

id eſt, ut ſupplent & explicant illi, ἐς ἔτȣς φανέντος ἄλλȣ χρόνον, *in anni alterius apparentis tempus*? Haud puto: Nam inaudita eſt Ellypſis, & cujus exemplum, credo, extat nullibi: εἰς ᾅδȣ pro εἰς ᾅδȣ οἶκον, εἰς

Ασκλη-

Digitized by Google

Hilarum ferens temetum,
Genitrice vite natum,
Acinis in ebrioſis
Cohibens adhuc revinctum.
Ut ubi ſit uva ſecta,
Vigeamus abſque morbo,
Vigeamus uſque membra
Vigeamus uſque mentem:
Redeunte donec anno
Redeat novus Lyæus.

De

Ἀσκληπιοῦ pro εἰς Ἀσκληπιοῦ ἱερὸν, & alia id genus ſexcenta, novi, & Alii norunt mecum: Sed ea nihil huc faciunt: De loco enim dicuntur, non de tempore, quod ita Ellyptice apud Græcos deſignatum non memini. Aliud latet: Videamus: An legendum?

Ἵν᾽ ὅταν τέμωσι βότρυς,
Ἄνοσοι μένωσι πάντες,
Ἄνοσοι δέμας θεητὸν,
Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν,
Ἐς τοὺς φανέντας ἄλλους.

βότρυς pro βότρυας contracte dicitur: Iſtam vocem hic palmariam & præcipuam, reſpicit φανέντας ἄλλους: *ad alios racemos apparentes*; uſque dum alii iterum appareant: Hoc ſatis aptum & perſpicuum eſt. Inquies; Sic Spondeus pro Anapæſto eſt in loco primo, qui tamen ubique hic Anapæſtum habet. Ita eſt: Et quid indecorum in eo? Non video hercule; quin gratias id habere potuit ſingulares in ipſa clauſula: Multa in his, quæ ex ignoratione Antiquæ Rei Muſicæ minus hodie intelligimus. Sane ſcripturam, quæ alias commoda & appoſita eſt, ideo ego aſpernari nolim: Et viſne tamen Anapæſtum? Eum habebis, ſi ſcribas,

Ἐς ἔτους φανέντος ἄλλου.

ad alterius anni apparentis racemos; ad racemos, qui apparebunt anno altero: Vides? Sic eadem ſententia manet, & una fit pedum mutatio: Sume igitur, quod potius tibi videatur: Mihi, ut dicam, quod ſentio, poſterius minus allubeſcit, quia paulo inornatius eſt propter vocum trajectionem & φανέντος abſ-

Digitized by Google

LI. Εἰς δίσκον ἔχοντα Ἀφροδίτην.

Ἆρα τις τόρευσε πόντον,
Ἆρα τις μανεῖσα τέχνα
Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ
Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;
Ἆρα τις ὕπερθε λευκὰν

Απα-

que articulo. Visne tertium, quod nunc inter ſcribendum mihi in mentem venit, & fortaſſe optimum eſt, aliiſque duobus præſtat? Dicam: Legendum ſit,

Ες ἔτυς τραπέντος ἄλλα.

ad anni vertentis alium racemum: Apte profecto & apposite: In locutione Ellyptica & utraque conjectura noſtra φανέντος & φανέντες minus convenit, quia ſi rem ex vero æſtimemus, ſic primum anni initium & primam racemorum apparitionem habemus potius, quam annum ad Autumnum provectum & racemos ad maturitatem perductos; quæ duo tamen hic deſiderantur, ut terminus ſit plenus, & a ſectione ad ſectionem currat: Ea vero opportune præſtat ipſum illud ἔτυς τραπέντος, quod una cum anno vertente Autumnum uvaſque Autumnales nobis repræſentat: Hoc apertum eſt, & animadvertis ſtatim. Sic autem & βότρυν manet in Verſu illo,

Ἵν' ὅταν τέμωσι βότρυν,

neque neceſſe ut numeri mutentur: Quare, ut dixi, hæc ſuſpicio veriſſima forte eſt, & ipſam lectionem exhibet πρωτότυπον.

LI. Odarium futile & ineptum.

1. Ἆρα τις τόρευσε πόντον, Ἆρα τις &c] Hæc jure diſplicent Fabro: Nam quid in his adeo mirum ac novum? Nugæ, nugæ.

3. Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης] Hos duos Verſiculos Editores vulgo jungunt: Ita inſulſe profecto ac inficete, ut eorum ſocordiam ſatis mirari nequeam: Nam quid, quæſo, eſt, ἀνέχευε δίσκῳ κῦμα ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης? Nonne Tautologia, nonne ſtribligo mera? Apage, apage ineptias, quæ ab ipſo hoc Ineptulo non potuerunt proficiſci: Locus haud dubie perperam diſtinctus eſt, & poſt Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ collocari debet punctum, ut ſic cohæreant illa,

Ἐπὶ

Digitized by Google

De diſco habente Venerem. H. ST.

Mare ſenſit ergo cælum,
Aliquo artis & furore
Coaleſcit unda diſco,
Pelagi ſuper profunda.
5 Alicujus ad Deos mens
Penetravit ergo, ſculpens
Tene-

Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης
Ἄγε τις ὕπερθε λευκὰν
Ἀπαλὰν χάραξε Κύπριν.

Res eſt perſpicua. Illud ὕπερθε pertinet ad ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης, & poſt Ἄγε τις minus idonee comparet vitio ipſius Poëtaſtri, qui verba apte diſponere non potuit: Id apparet etiam ex ipſo Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης, quod ante Ἄγε τις perperam incedit: Nam ſi eruditior fuiſſet Homo, Ἄγε τις repetiiſſet ſtatim poſt Ἀνέχευε κῦμα δίσκῳ. Et quid tamen tres illæ repetitiones, Ἄγε τις τόρευσε, Ἄγε τις ἀνέχευε, Ἄγε τις χάραξε? Dicam: Admiratio inficeta eas extorſit bono, & ipſis illis repetitionibus eam augere voluit belle. Illud non prætereundum eſt: Pro ὕπερθε λευκὰν teſte Stephano legebant quidam ſervata diſtinctione vulgari ὑπὲρ θάλασσαν: Nimis ſane arbitrarie, & ut nunc apparet, nimis etiam inepte: Nam ſic Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης, quod recte a κῦμα ſeparavimus, peſſime cum ὑπὲρ θάλασσαν coaleſceret, & verba plus quam inepta forent: Quare reſtituta diſtinctione commentum illud nunc procul ablegandum eſt ad ipſos corvos. Quid tamen Dacierius? Ille conjecturam iſtam audaculam arripuit, eique adjunxit ſuam longe adhuc audaciorem: Scilicet poſt δίσκῳ plene etiam diſtinguens, ſcripſit Ἄγε τις ὑπὲρ θάλασσαν, & totum Verſiculum Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης delevit, tanquam Gloſſema, quod Grammaticus aliquis ad ὑπὲρ θάλασσαν adſcripſerat: Rem lepidam, Cato, & jocoſam! ὑπὲρ θάλασσαν nempe locutio eſt, quæ interpretationem deſiderat, eamque non naturalem & ſimplicem, ſed Poëticam & figuratam; Verſum Anacreonticum integrum, Verſum Anacreonticum venuſtum: Docti Grammatici, qui ita commentabantur, ſed nimis hercule docti: Nam ſic perſpicua obduxerunt elegantiarum involucris, & ipſa doctrina

Απαλὰν χάραξε Κύπριν
Νόος ἐς θεὺς ἀερθεὶς,
Μακάρων φύσιος ἀρχάν;
Ο δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν,
Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι,
Μόνα κῦμα συγκαλύπτει.
Αλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ
Βρύον ὡς ὕπερθε λευκὸν

Απα-

ſua fecerunt, quod in Proverbio eſt, ἄνω ποταμῶν χωρῦσι πηγαί: Nihil ridiculum magis aut ineptum.

8. Μακάρων φύσιος ἀρχὰν] Inter hunc Verſum, & Verſum iſtum Απαλὰν χάραξε Κύπριν, male Poëta interpoſuit tertium Νόος ἐς θεὺς ἀερθεὶς: Nam ſic ſocianda ſeparantur, & naturalis verborum ordo, qui in his Anacreonticis ſervari debet, male temeratur. Inquies, Verſus forte eſt tranſpoſitus, & ſcribendum mutato ordine,

Απαλὰν χάραξε Κύπριν;
Μακάρων φύσιος ἀρχὰν,
Νόος ἐς θεὺς ἀερθεὶς;

Sit ita, per me licet: Sed ſic Νόος ἐς θεὺς ἀερθεὶς iterum a ſuo ἐς exulat nimis longe. Ut dixi, verba apte componere non potuit bonus, qui hæc pepigit, Poëta non natus, ſed factus. Illud Μακάρων φύσιος ἀρχὰν Pæon tertius eſt cum Jonico a minore.

11. Μόνα κῦμα συγκαλύπτει] Interpretes μόνα referunt ad ὅσα: *Quæque nefas conſpici, ea ſola fluctus contegit*: Male & incondite: Nam ea, in quibus fatum eſt, non modo tegebat unda, ſed alia etiam minus ſancta: In ſalo ſcilicet hic ita adumbrata erat Dea, ut corpus a capite ad pubem fere ſupra ſalum extaret, & alia in ipſo ſalo latitarent: Quare non ſolum pars illa, qua Venus erat, aqua erat cooperta, ſed & femora & pedes præter eam: Hoc certum eſt & quiſque ſentit, qui animum advertit ad ſculpturæ hic commemoratæ normam. Quid igitur? μόνα hic ſine dubio poſitum eſt pro μόνον: Adjectivum pro adverbio: *Aqua tegit ſola*, non veſtis & purpura, ſed una unda: Sic ſententia ſatis bona eſt: Sed quid tibi videtur de verbis? An ipſum illud μόνα hic aptum eſt? Haud puto: Nam ubi κῦμα in numero

Digitized by Google

Teneramque candidamque
Venerem, Deûm parentem.
Oculis ſed ille noſtris
Sine veſte dat videndam:
Tegit unda, nilque prorſus
Niſi quod nefas videri.
Vagabunda jamque littus,
Superextat alga tanquam
Maris in ſerenitate,

Dea

mero ſingulo ſequitur, & ὅσα in numero plurium præcedit, id certe ipſa ambiguitate ſua non leviter peccat, & ita ab Eruditiori Poëta non fuiſſet uſurpatum. Scis, quid accidit Ineptulo? Non potuit Verſiculum complere, nec Anapæſtum ſiſtere in principio, niſi μόνα ſumeret pro μόνον: Euge, Euge! Pro Μόνα κῦμα συγκαλύπτει in Libro Vaticano ſcriptum erat,

Μόνα κύμασιν καλύπτει.

Dure, & inepte etiam poſt τόρευσε, ἀνέχευε, χάραξε.

v. 12. Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ] Codex Vaticanus ἐπ' αὐτῇ: Res eodem redit: Nam hoc Doricum eſt, illud commune. Et hæc digna ſunt Homuncionis ingenio: Nam quid αὐτῇ vel αὐτὰ hic? Quid ἐπὶ poſt participium ſuum eo loco? Itane aliquis, cui favebant Muſæ Anacreonticæ? Cras credam, non hodie. Stephanus ſenſum nullum ex his eruere poterat, ideoque legebat,

Ἀλαλημένη δ' ἐπ' ἀκτῇ.

Dictum & factum nollem: Nam nihil ſtolidius & inficetius: Pueri vident & in re aperta taceo. Sunt, qui αὐτὰ habent pro caſu quarto in numero plurium, & ſic ἐπ' αὐτὰ junctim referunt ad νῶτα τῆς θαλάσσης, quæ in his palmaria quaſi ſunt: Illorum commentum ſequi potes, ſi velis; quanquam ea longius ſane diſtant: Nam id ſpernere potuit Auctor, qui ſua, non vulgari ſcribebat Methodo.

13. Βρύον ὡς ὕπερθε λευκὸν Ἀπαλοχρόου γαλήνας, Δέμας εἰς &c] Locus hic, ut ſcribitur & intelligitur vulgo, mihi non ſatisfacit: Videamus: βρύον λευκὸν Viri Eruditi jungunt: Quo jure? An alga candida olim celeberrima? Cave, putes: Nam contrarium veriſſimum eſt, & de ea nihil apud Antiquos Botanicos reperio, præter illud Dios-

Digitized by Google

Ἀπαλοχρόους γαλήνας,
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.
Ῥοδέων δ' ὕπερθε μαζῶν,
Ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς,
Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.

Μέσον

coridis Lib. 4. Cap. 100. Φῦκος θαλάσσιον, γίνεται τὸ μέν τοι αὐτοῦ πλατὺ, τὸ δὲ ὑπόμακρες καὶ φοινίσσον, τὸ δὲ λευκὸν, φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθὲς ἄγαν καὶ ἄσηπτον. Ibi autem Libri meliores & meliores Interpretes pro τὸ δὲ λευκὸν uno conſenſu ſcribunt τὸ δὲ ὅλον. Sed non minus nota & minus celebris extiterit, quam alia vel viridis vel punicea; Cur eam præciſe ſumſit Auctor hoc loco? An quia ſupernatabat levius? An quia ad colorem Veneris accedebat propius? Utrumque longe ineptiſſimum eſt, & hoc ipſo Poëta indignum: Id ſentis ſtatim: Quare junctum illud βρύον λευκὸν mihi certe diſplicet, & tibi etiam, ſi ſapias, diſplicebit: Hoc primum. Jam quid ἀπαλοχρόους γαλήνας? Unde pendet? An ab ὕπερθε? Nihil ſtultius: Nam qui voces ita trajiceret, non loqueretur, ſed lallaret. An igitur ſubaudiendum διὰ? Abſit, abſit: Nam Ellypſis eſt inaudita. At tertium non reſtat: Et ſic iſta miſere pendent, & nihil plane ſignificant: Hoc vides, & certo certius eſt. Faceſſant, faceſſant nugæ: Aliud latet, & haud dubie verba aliter accipienda & interpungenda ſunt. An ſcribendum?

Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ
Βρύον ὡς ὕπερθε, λευκὸν
Ἀπαλοχρόου γαλήνας
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.

Hoc vulgato certe melius eſt, ſed minus tamen arridet, quia δέμας λευκὸν ἀπαλοχρόου γαλήνας, *corpus candidum, cujus cutis tenella ſerenitatem una cum candore exprimit*, nimis quæſitum eſt, & minus etiam appoſitum, ubi de maris, non de corporis γαλήνῃ, hic omnes aliquid exſpectant. Quid igitur? Plane ego legendum autumo transpoſito Verſiculo,

Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ
Βρύον ὡς ὕπερθε, λευκὸν
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
Ἀπαλοχρόου γαλήνας

Ῥόθιον

Digitized by Google

Dea nuda ſic pererrat.
Super & natare quum vult,
Trahit ante corpus undam:
Secat inde fluctus ingens
Roſeis Deæ quod unum
Supereminet papillis,
Tenero ſubeſtque collo.

Medio

Ῥόδιον πάροιθεν ἕλκει.
Sic nihil facilius aut perſpicuum magis. Ut paulo ante ὕπερθε abundabat poſt ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης, ita abundat hic poſt ἀλαλημένη ἐπὶ vel ἀλαλημένη ἐπ' αὐτὰ: Et hoc mire convenit cum indole & vena hujus Poëtaſtri, qui eaſdem voces amabat, & quidem in iiſdem Verſiculorum ſedibus, ne alias neceſſe haberet ad Metri normam ſibi conquirere: Ut vides, ipſum illud ὕπερθε & hic & ibi ſtat eodem loco, & eodem etiam loco ſequuntur voces λευκὰν & λευκὸν: Sicuti autem ibi Venerem dixerat λευκὰς, ita Veneris corpus hic dicit λευκὸν; eodem plane modo, quo ἁπαλὰν, quod primo de Venere adhibuerat, dein de Veneris adhibet cervice: Ἁπαλὰν χέρεσσι Κύπριν, Ἁπαλῆς ὕπερθε δειρῆς: Eadem vox in eadem iterum ſede. Quid ais? Hæc lepida ſunt, & ſic abſque ullo negotio Verſiculi conſcribillari poſſunt. Iſta duo, Δέμας εἰς πλόον φέρουσα, & Ῥόδιον πάροιθεν ἕλκει, ſatis venuſte exprimunt ea, quæ nataturi facere ſolent: Primo ſcilicet corpus inclinant, ut ſeſe immergentes, ſic ipſo pondere corporis inclinati propellantur mox: Dein, ubi corpus inclinarunt, antequam ſe immergant, palmis primum aquam ad ſe attrahunt, ut ſic viam quaſi ſibi aperiant: Prius vocat Homo δέμας εἰς πλόον φέρειν, poſterius ἕλκειν πάροιθεν ῥόδον: Utrumque millies in vita communi vidimus, omneſque norunt: Ita igitur intellige, & verte, *Corpus in natationem inclinans, undulas ab antica ad ſe trahit.* Cæterum illud ἁπαλόχροον ego a Stephano ſumſi, qui ἁπαλοχρόους in Libris ſibi repertum, ita recte emendavit.

17. Ῥοδέων δ' ὕπερθε μαζῶν] Hic tertio ὕπερθε occurrit in eadem carminis ſede.

19. Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει] Illud μέγα κῦμα non quadrat, ubi ἁπαλόχροον γαλήνας præceſſit, & mare erat tranquillum plane & pacatum:

An

Digitized by Google

Μέσον αὔλακος δὲ Κύπρις,
Κρίνον ὡς ἴοις ἑλιχθὲν,
Διαφαίνεται γαλήνας.
Υπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται
Επὶ δελφῖσι χορευταῖς
Δολερὸν νόον μερόπων
Ερως, Ιμερος, γελῶντες·

Χορὸς

An forte θαλάσσαν vocavit μέγα κῦμα? Poteſt: Id tamen nimis ambiguum. Sed quid etiam πρῶτα? An id ſenſum vel Emphaſin habet hic? Non video, ubi certum erat, Venerem natantem eo modo, quo hic natare fingitur, & omnes vulgo natare ſolent, aquam ſulcare primo cervice & pectore. Adhibuit igitur bonus vocem nullius uſus, ut ea compleret Verſum: Id certum & perſpicuum.

20. Μέσον αὔλακος δὲ Κύπρις] Ubi κῦμα eſt μέγα, vix ac ne vix ſulcus apparere poteſt, quia fluctus impetu ſtatim oppletur & confunditur: Quare μέσον αὔλακος non convenit certe poſt μέγα κῦμα. Dein Κύπρις hic non ſtat ſuo loco: Nam in præcedentibus debuiſſet poni, & hic θεὰ vel aliquid ſimile demonſtrationis vice adhiberi.

22. Διαφαίνεται γαλήνας] γαλήνας in fine Verſus, ut paulo ante in illo, Απαλοχρόου γαλήνας: Id Hominis indolem iterum exprimit: Et eo perſpicue etiam tendit ipſum Απαλοχρόου, ſi cum Απαλῆς & Απαλὰν in aliorum Verſuum principiis id jungas, ut facere profecto debes: Moneo hic, quia monere omiſi ſuo loco.

23. Υπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται] Quid illud ἀργύρῳ? An ex argento erat diſcus, & id monuit Auctor? Ea de re ne γρὺ, ne hilum in toto hoc Odario, ut vides. Sed ex argento fuerit diſcus, & id monuerit Auctor; Ideone Amor & Himerus, qui in ipſo argento cælati erant, dici potuerunt ſuper argento vehi? Nugæ, nugæ, quæ nauſeam mihi creant, & inficetiores ſunt, quam ut huic Suaviculo tribui poſſint. Dicamus uno verbo, quod certius eſt ipſo certo: Corruptus eſt locus, & ipſe Auctor ſua manu ſcripſit olim,

-Υπὲρ ἁλμυρῷ δ' ὀχοῦνται
Επὶ δελφῖσι &c.

Quod longe appoſitiſſimum eſt, & omni-

Digitized by Google

Medio deinde ſulco,
Quaſi lilium implicatum
Violis, renidet illa
Placidum maris per æquor.
Choreis frequenſque delphin
Ibi marmor eſt fatigans,
Humeris vehens Amorem
Pariter Cupidinemque,

Qua-

omnibus ſe commendat ſtatim. Pro ὀχεῖται in Codice Vaticano perperam exaratum erat ὀρχεῖται.

25. Δολερὸν νόον μερόπων Ερως, Ιμερος, γελῶντες] Quid de hoc loco ſentiam, breviter, ſed dilucide, tibi dicam: De Metro utriuſque Verſiculi non laboro: Nam Pæon tertius cum Choriambo, ex quibus prior, & Antiſpaſtus cum Ditrochæo, ex quibus poſterior conſtat, menſuram Anacreonticam ſatis exacte ſervant. Ipſa ſententia eſt, in qua aqua mihi hæret: Nam γελῶντες δολερὸν νόον μερόπων de Cupidine & Himero falſum & ineptum eſt; quia Fraterculi illi doloſos non rident, ſed ſimplices, & ipſos dolos ita amant, ut omnes, qui in illis non ſunt eruditi, a ſacris ſuis repellant. In eo poſita eſt una & ſola hujus loci difficultas, quam tollere debemus, ne in Auctorem ſimus injurii, eique per calumniam adſcribamus, quæ ipſis pueris ſunt indigna. Id autem fieri poteſt hiſce duobus modis: Si ſcilicet primo advocemus Stephani δολεροὶ, & ne litera præterea mutata legamus,

Ὑπὲρ ἁλμυρῷ δ' ὀχεῖται
Ἐπὶ δελφῖσι χορευταῖς
Δολεροὶ, νόον μερόπων
Ερως, Ιμερος, γελῶντες.

Dein, ſi δολερὸν retento, γελῶντες leviter mutemus, & ſcribamus,

Δολερὸν νόον μερόπων
Ερως, Ιμερος, πελῶντες.

Utrumque tollit ineptias, quibus vulgata lectio laborat: Nam ſi prius ſumas, doloſus Cupido & doloſus Himerus ex more rident νόον μερόπων, quos dolis ſuis quotidie fallunt, quique id patienter ferunt, nec ſapiunt poſt dolorum experimenta crebra: Si poſterius, Himerus & Cupido dicuntur hominum mentem doloſam reddere & fallaciis ſuis imbuere, ut faciunt revera: De Baccho habuimus ſupra,

Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ,

 Νέον

Χορὸς ἰχθύων τε κυρτὸς,
Ἐπὶ κυμάτων κυβιςῶν
Παφίης τε σῶμα παίζει,
Ἵνα νήχεται γελῶσα.

Εἰς

Νέον ἐν πόνοις ἀτειρβῆ,
Καλὸν ἐν πόνοις χορευτὴν,
Τελέων θεὸς κατῆλθε.

δολερῶν νόον μερόπων γελῶντες ſimiliter de Cupidine & Himero habemus hic: Nihil facilius. Et ſic igitur locus ſatis recte ſe habet pro indole hujus Poëtæ, qui longe a venuſtate Anacreontica abfuit, & cum quo non male agitur, ſi ſublatis ineptiis ei impertiamus ea, quæ ſunt medii generis, id eſt, neque venuſta neque invenuſta. Si cum meliore Poëta mihi res eſſet, fateor, illis non contentus forem, ſed aliquid requirerem, quod in re præſenti ſe exereret, & hanc ipſam Scenam exornaret: Quale non eſt illud, quod utraque conjectura promit: Nam quod Himerus & Cupido vel doloſi rideant hominum animos, vel doloſos hominum animos efficiant, pertinet ad unam indolem Cupidinis & Himeri, nec quicquam continet, quod hic oculis ſeſe exhibeat: γελῶντες abſolute id præſtat, & alia, quæ in ipſa facie apparent, id præſtare poſſunt: Hoc certum eſt, Heinſius Pater conjiciebat,

Δολεροὶ νέον μέτωπον,
Ἔρως, Ἵμερος γελῶντες.

Quod idem illud præſtitiſſet, ſi lectio apta foret: Quod ego ſero hercule credam: Quid enim? An frons aperit dolos? An ibi habitant doli? Inauditum hoc & plane novum. De animo res eſt nota: De oculis, de toto vultu etiam: De una fronte quis unquam id dixit? Nemo ſane, nemo: Pudoris ſedes eſt frons: Hoc aliud, & nihil ad dolorum laqueos: Quare erravit Vir Doctus, ſententiam, quæ de toto vultu fuiſſet bona, ad ſolam frontem verbis male reſtringens: Niſi ipſum Ineptulum ita balbutiiſſe credas: Quod ego vix ac ne vix puto, quia ſi id dicere voluiſſet, ſtatim vocem πρόσωπον habuiſſet in promptu, eamque adhibuiſſet ſine dubio: Hoc vides & ſentis. Inquies: Id ſumamus pro Heinſii μέτωπον: Per me licet: Sic locus eſt vere elegans, & habemus, quæ Toreuma pulchre exornant, ſed longius a ſcriptura depravata recedimus: Quod hic certe neceſſe non eſt propter rationem jam dictam: Alias præter iſtam conjecturam alia adhuc mihi ſuppeteret, non deterior

Quatientem utrumque riſu
Juvenile cor doloſo.
Salit ipſe piſcium grex
Ibi cærulas per undas,
Paphiæque luſitando
Lateri natantis hæret.

De

terior ſane: Legerem enim,

Δολεροὶ νόοι τε κ᾽ ὄψιν,
Ερως, Ιμερος, γελῶντες.

Doloſi & mente & vultu: Eleganter profecto, nec magis arbitrarie, quam ſi Heinſii conjecturam altera conjectura adjuves: Nunc nihil affirmo, & Auctorum loca pro modulo uniuscujuſque ingenii corrigenda eſſe autumans, alia minus venuſta non invitus præfero. Scaliger, id verbo addam, ad Marginem Libri correxerat,

Δολερὸν νόημ᾽ Ερῶτων
Ερως, Ιμερος, γελῶντες.

Quo nihil inficetius, ſi Syllabarum menſuram excipias.

29. Παφίης τε σῶμα παίζει] Hæc aperte corrupta ſunt: Longus-Petrus, Interpres Gallicus, legit,

Παφίης ἐς ὄμμα παίζει·

Quod mihi non diſplicet: Quanquam ἐπ᾽ ὄμμα eo ſenſu placeret magis, quam ἐς ὄμμα. Visne aliud, quod mihi cogitanti in mentem venit? Legendum forte,

Χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτὸς,
Επὶ κυμάτων κυβιστῶν
Παφίῃ τὸ σῶμ᾽ ἐπαίρει·

Super fluctibus Veneri corpus attollit in caput ſaltans: Elegans eſt Παφίῃ, ut ſciunt Græce docti, & ἐπαίρει σῶμα κυβιστῶν etiam illepidum non eſt: Vide igitur, & ſume, quod placet.

30. Ινα νήχετ᾽ γελῶσα] ἵνα νήχεται mihi non videtur apte dici: Legendum puto,

Ινα νήχεται γελῶσα.

Sic Verſus conſtabit ex Jonico & Ditrochæo. Illud γελῶσα, ſi γελῶντες paulo ante de Cupidine & Himero maneat, egregie etiam ſpirat Homuncionis indolem: Quæ qualis extitit in verbis, talis etiam extitit in rebus ipſis: De admiratione egregia quid ſentiam, dixi in principio: Sed hoc leve: Aliud gravius ſubnectam: Una Venus nobis in hoc Poëmatio tribus modis conſpicienda datur: Primo, in æquore, ad umbilicum fere undis tecta, ſtat corpore erecto, ita tamen, ut non quieſcat, ſed una cum æquore moveatur huc atque illuc: Eo pertinent iſta,

Ο δέ νιν ἔδειξε γυμνὰν,
Χ᾽ ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι,
Μόνα κῦμα συγκαλύπτει.

Quibus ipſum illud

Αλαλημένη δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ
Βρύον ὡς ὕπερθε,

 jun-

Digitized by Google

LII. Εἰς οἶνον.

Τὸν μελανοχρῶτα βότρυν
Ταλάροις φέροντες ἄνδρες
Μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων,
Κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες
Μόνον ἄρσενες πατοῦσι
Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον,

Μέγα

jungendum eſt, ut ſtantis in æquore conſpiciamus motum. Altero, Venus inclinat corpus, ut mox undis ſeſe immergat, & ex ſtante fiat natans: Quo ſpectant ea,

— — λευκὸν
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,
Ἀπαλόχροα γαλήνας
Ῥόθιον πάροιθεν ἕλκει.

Tertio & poſtremo, Dea immerſa natat, caput modo æquore exerens, eamque comitantur mox ſuaviſſimi Sodales: Et huc pertinent reliqua omnia, quæ ſequuntur. Hæc aperta ſunt & dubio carent: Jam autem te rogo, Lector, an ea picturæ vel cælaturæ conveniant, & ita diverſimode adumbrari poſſint? Et te dicturum eſſe ſcio, quod ego dico; id Artis ſcilicet indolem non pati, quæ unum modum admittit in re una, non plures: Cum ipſa Vita aliter res ſeſe habet, quia in ea eſt progreſſus & motus, quibus Ars Vitæ imitatrix plane deſtituitur: Quare bonus de cælatura hic ſcripſit, quæ cæli vires longe ſuperant, & eo aperte nobis oſtendit ſuam in rebus ipſis inſantiam. De cætero, nugæ & nugæ meræ ſunt, quas Barneſius Barneſiique ſimiles hic crepant de Venere ἀναδυομένῃ: Nam nihil in toto Odario eſt, quod eam vel leviter repræſentet: Dea voluptatis cauſa hic natat, & in eo collocata eſt rei ſumma. Hoc verbo moneo in gratiam Rudiorum: Nam qui paulo ſunt exercitatiores, id ipſi vident ſtatim.

LII. Ὑποκείμενον hujus Odarii eſt, quale ipſius Auctoris fuit ingenium; ineptum ſcilicet & perplexum: Nam cum in parte prima agatur de uva preſſa & vino novo, in parte altera ſequun-

De vino. E. AN.

Calathis nigros racemos
Juvenes viri reſectos
Humero ſuper valente
Lepidæ & ferunt puellæ,
Sed ubi in lacum dederunt,
Referunt pedem puellæ,
Maribus premuntur uvæ.
Pedibus merum reſolvunt.
Bromium viri canentes:

Lacus

ſequuntur ea, quæ in vinum vetus æque conveniunt, ac in vinum novum: Partem primam conſtituunt decem Verſus, partem alteram Verſus quatuordecim; & ſic plures ſunt, qui de vino loquuntur γηραιᾶς, quam qui de vino novo loquuntur αἰδοιᾶς: Atque hinc eſt, quod revera Odarii Inſcriptio recte concipi non poſſit: Nam ſi vulgatam Εἰς οἶνον ſumas, pars prima perperam negligitur: Si eam vero ita locupletes Εἰς οἶνον νέον, perperam contra negligitur poſtrema: Hoc apertum eſt. Barneſius Inſcriptionem præfixit novam, Επιλήνιος ὕμνος: Quo nihil ſtultiùs, ubi in ipſo Odario legimus diſerte,

Μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες
Επιλληνίοισιν ὕμνοις.

& omnia hic ſunt διηγηματικὰ: Sed quid διηγηματικὰ & quæ illis opponuntur, δραματικὰ curabat ille, omnia eodem loco ac numero habens pro captu ſuo?

2. *Ταλάροις φέροντες ἄνδρες*] Cum Stephano malo φέρουσιν: Si φέροντες maneat, nimis impedita eſt oratio: Vide modo.

5. *Μόνον ἄρσενες πατοῦσι*] Flacceſcit μόνον: Sed an ſcribendum forte

Μόνοι ἄρσενες πατοῦσι?

Diphthongus ante vocalem corripitur.

6. *Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον*] Ita diſtinguunt omnes, & recte: Nam σταφυλὴν alio referri non poteſt, quam ad βαλόντες πατοῦσι præcedens: Pueri vident. Sed quid σταφυλὴν, ubi τὸν μελανόχροα βότρυν præmittitur? Nonne ſententiam peſſime onerat, & ocio plane diffluit? Id nemo in dubium vocabit: Et hoc igitur Auctorem ſuum etiam ciet. An tamen legendum forte?

Digitized by Google

Μέγα τὸν θεὸν κροτῦντες
Επιληνίοισιν ὕμνοις,
Ερατὸν πίθοις ὁρῶντες
Νέον ἐς ζέοντα Βάκχον.
Ον ὅταν πίνῃ γεραιὸς,
Τρομεροῖς ποσὶν χορεύει,
Πολιὰς τρίχας τινάσσων.
Ο δὲ παρθένον λοχήσας
Ερατὸς νέ⊙ ἐλυσθεὶς

Απα-

——— ἄρσενες πατῦσι,
Σταφυλὴν λύοντες οἶνυ.

Non placet: Nam & λύοντες σταφυλὴν pro *frangentes uvam* durum eſt, & οἶνυ σταφυλὴν nimium quoque ingerit. Rectius eſſet,

——— ἄρσενες πατῦσι,
Σταφυλῆς λύοντες οἶνον.

Solventes vinum ex uva, in qua continetur, tanquam in carcere, ut ſuperius πεπεδημένον ὀπώραις innuit: Sed Ellypſis præpoſitionis in σταφυλῆς pro ἐκ σταφυλῆς vix etiam arridet, & ſic nimis ambiguum revera eſt σταφυλῆς οἶνον: Quare maneat vulgata, quam Auctor amavit, quia ad indolem ſuam adaptata erat.

7. Μέγα τὸν θεὸν κροτῦντες] Nihil aridius & ingratius, quam perpetua illa & continua participiorum ſeries: Itane Poëta paulo venuſtior & eruditior? Ne credas, ne dicas, ſi irrideri nolis.

9. Ερατὸν πίθοις ὁρῶντες Νέον ἐς ζέοντα Βάκχον] Inſipidum eſt ἐρατὸν πίθοις, *doliis amabilem*: An dolia exultant magis, ſi vino, quam ſi alio liquore, ſint repleta? Nugæ, nugæ. Dein ζέοντα de vino vix expreſſo, ineptum eſt: Nam id certe non fervet. Bellus homo, qua iſta ſcripſit! Sed an legendum forte?

Ερατὸν πίθυς ὁρῶντες
Νέον εἰσιόντα Βάκχον.

Novum & amabilem Bacchum videntes dolia ingredientem: Id longe melius certe & accommodatius: Nihil tamen affirmo: Ineptire enim potuit

Digitized by Google

Lacus & repletur hymnis.
Juvat hos videre dulcem
Doliis novum Lyæum,
Ubi fervet ille, apertis.
Simul hunc ſenes biberunt,
Tremulis choros celebrant
Pedibus, vibrantque canos.
Speculatus at puellam
Juvenis decens venuſtam,
Petit abditus ſub umbra
Tenerum in latus jacentem,

Gra-

potuit Miſer, & etiamſi ita legamus, hoc ipſo loco nihilominus ineptiit revera: Nam quid eſt, amabo, Βάκχον poſt τὸν θεὸν? An Metonymia convenit, & ubi præceſſit θεὸν, recte ſequitur Βάκχον, pro appellativo & ipſo vino hic habendum? Nihil putidius hercule, nec ita loquatur quiſquam, qui didicit apte loqui: Hoc autem facit, ut minus etiam conveniens ſit noſtrum εἰσιόντο, quod de perſona naturaliter, de re figuratius dicitur, ut Eruditi ſciunt: Quare vulgatam ego potius non tangam, & hominem ſuis ſe deliciis oblectare ſinam. Scis, cur Βάκχον ſumſit pro οἶνον, quod recte veniſſet poſt θεὸν, & recte etiam præceſſiſſet Οἱ ὅταν, quod ſequitur? Sic Verſiculus, Νέον ἐς ζέοντας οἶνον, turpius hiaſſet; ideoque Metro obtemperare maluit, quam apte loqui: Ita ſapiebat bonus. Illud ἐς ζέοντας ſuſpectum erat Tanaquillo Fabro, qui propterea legebat ἐκζέοντας: Perperam & nullo jure: Nam ὁρῶντες ἐς ζέοντα Βάκχον pro ἐσορῶντες ζέοντα Βάκχον ſatis bonum eſt, & ego improbare nolo: Alia diſplicent, & diſplicent jure: De quibus tamen nihil Oculatus ille Faber.

11. Οἱ ὅταν πίνῃ γεραιὸς] Jonicus a minore cum Ditrochæo: Si πίῃ pro πίνῃ legere velis, ut Verſus Anacreonticus exeat, per me licet: Nam de re minima contendere nolo.

15. Ἐρατὸν νέος ἐλυθεὶς] Verſus non ægrotat: Nam Pæonem tertium

Απαλὸν δέμας χυθεῖσαν
Σκιερῶν ὕπερθε φύλλων
Βεβαρημένην ἐς ὕπνον.
Ο δ' Ερως ἄωρα θέλγων

Προ-

tium cum Jonico a minore inter Hemijambos jam offendimus ſæpe: Ipſa ſententia male habet: Nam quid ἐλυθεὶς hic? Nihil plane, nihil. Haud dubie cum Henrico Stephano ſcribendum eſt,

Ερωτὸς νέος μεθυσθείς·

Nam ἐλύσας, quod Dacierius attulit, etiam non eſt unius aſſis.

17. Σκιερῶν ὕπερθε φύλλων] Epithetum ineptum: Nam folia delapſa non poſſunt dici σκιερά: An tamen ita ſcripſit bonus? Crederem, niſi aliud accederet, quod nimis certe ridiculum eſt: Quid enim? An ſub dio recubare ſolent puellæ molliculæ, cum folia deciderunt, & hyems jam apparet? Apage, apage nugas, quæ Scribas ineptientes aperte cient, & ab ineptiente Poëta non potuerunt proficiſci: Legendum eſt,

Απαλὸν δέμας χυθεῖσαν
Σκιερῶν ἔνερθε φύλλων.

Hoc dicit, quod dicendum erat: *Sub foliis umbroſis*: ἔνερθε contrarium eſt τοῦ ὕπερθε: In Ode præcedenti habuimus,

Ροδέων ὕπερθε μαζῶν
Απαλῆς ἔνερθε δειρῆς

Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.

Alia prætereo.

19. Ο δ' ἔρως ἄωρα θέλγων Προδόνιν γάμων γενέσθαι] Locus difficilis: Videamus per partes: Illud προδόνιν γάμων de uxore non poteſt accipi: Nam præcedentia expreſſe virginem oſtendunt; neque intercidiſſe potuerunt ea, quæ uxorem exhibuerint: Ea quippe horum eſt conditio, ut nullam perſonarum mutationem admittant prorſus: Quare Barneſium & Baxterum laudo, qui hæc ita explicuerunt, ut maritatæ locus ſit nullus, & quod illi dixerunt ambigue & obſcure, ego dicam perſpicue & diſtincte: πρόδοσις γάμων vel nuptiarum proditrix eſt, vel ea, quæ noctem dat, antequam eam dare debuerat: προδιδόναι & prodere ſignificat, & ante vel prius dare: γάμοι vel nuptiæ ſunt, vel ipſum opus, quod primo nuptiarum tempore ardentius agitur: Utrumque igitur verba ferunt; Utrumque hic locum habere poteſt: De virgine nempe agitur, quam juvenis ambit, & ducere ſpondet: Hæc ſi juveni ſponſo det ante nuptias, quod ei dare non debuiſſet, niſi poſt nuptias, γάμων προ-

Digitized by Google

Graviterque conſopitam.
Ibi eam Cupido mulcens,
Suadet facem malignus
Violare nuptialem.
Juvenem tamen repellit

προδότις eſt utroque ſenſu: Nam & ante tempus ſe præbet, & nuptiarum futurarum ſpem ipſaſque nuptias futuras prodit, quia facile contingere poteſt, & centies contingere videmus, ut poſt raptam voluptatem juvenes amorem mutent, & ſic puellæ valedicentes faciant, ut conditionem aliam invenire nequeant deceptæ: Hoc primum. Quid jam ἄωρα? Tanaquillus Faber id mulierem explicat: Perperam & nullo judicio: Nam primo, de ipſa voce dubito: ὄαρ Græce eſt γυνή: Pro eo per tranſpoſitionem dictum ἄορ cum ο parvo, non ἄωρ cum ω magno: In Gloſſis Labbæi legitur, ſcio, *Mulier*, γυνὴ, ἄωρ: Sed male, & ibi ἄορ, ut alibi, ſcribendum puto: Plura ſuo loco. Dein, ſi vox eſſet proba, ea ſane vel aperte, vel latenter peccaret hic: Aperte, ſi uxorem ſignificaret, ut ſignificare ſolet: Ei enim in his locus eſt nullus: Latenter, ſi mulierem γυναικός: Præcedit enim παρθένον, & nihil interponitur, quod repetitionem vocis ἰσοδυνάμου colorare poſſit: Quare expoſitio illa plane inepta eſt. Abſque ullo dubio ἄωρα ab ἄωρον eſt, & adverbii vicem gerit: ἄωρον, intempeſtivum, ἄωρα, intempeſtive: Hoc omnes norunt, & pulchre ſe refert ad προδότιν γάμων, quæ intempeſtive & ante tempus dat, quod opportune & in tempore dediſſet, ſi ſapuiſſet: Hæc belle conveniunt, & loci ſententiam efficiunt ſatis claram & perſpicuam. Sed quid ὁ δ' ἔρως? Quid oratio abſque verbo, quod partes ejus apte liget? Poſterius expediemus facile: Ad manum enim eſt θέλγει pro θέλγων, omnibuſque locum modo inſpicientibus ſeſe offert ſtatim: Prius difficilius ſane: An cum Barneſio legemus

Ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγει?

Haud puto: Nam primo, ἐς ἔρωτα ſtatim poſt ἐς ὕπνον peſſime ſonat, & auribus vim infert: Dein, ſententia id etiam reſpuit: Nam ubi προδότιν γάμων γυναῖκα ſequitur, male profecto abundat ἐς ἔρωτα, & ſententiam non juvat, ſed implicat. Aliud requiritur ſine dubio: Dicere poſſem, legendum eſſe,

Κατ' ἔρωτ' ἄωρα θέλγει·

Sed quia aliud melius & ſignatius mihi eſt in promptu, id ipſe mitto,

Digitized by Google

Προδότιν γάμων γενέσθαι·
Ο δὲ μὴ λόγοισι πείθων,
Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει.
Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος,
Μεθύων ἄτακτα παίζει.

LIII. Εἰς ῥόδον.

Στεφανηφόρου μετ' ἦρος
Μέλπομαι ῥόδον θερινόν.

Συνε-

& locum integrum ita conſtituendum eſſe aio,

Ο δὲ παρθένον λοχήσας
Ερωτὶς νέος μεθυσθεὶς,
Απαλὸν δέμας χυθεῖσαν
Σκιερῶν ὕπερθε φύλλων,
Βεβαρημένην ἐς ὕπνον,
Οἱ ἐρῶντ' ἄνευ θέλγει
Προδόταν γάμων γενέσθαι.

Sibi eam amanti noctem & nuptiarum gaudia extemplo præbere flagitat: Οἱ ἐρῶντι γενέσθαι προδότην γάμων: Hoc pulchre exprimit, quod fieri ſolet vulgo: Amoris ſynceri prætextu, & nuptiarum ſpe certa puellæ ſimpliciores decipiuntur: Nihil naturalius hac ſcriptura: Sic autem a literis etiam minimum recedimus: Ut οι ante vocalem corripi poſſet, hiatus data opera relictus eſt: Id loco forte corrumpendo fuit: Nihil pronius.

22. Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει] Totum hoc petulantiæ juvenilis exemplum hic nimis ſingulare eſt: De ſene dixerat bonus γελοιῶς,

Ου ὅταν πίνῃ γεραιὸς,
Τρομεροῖς ποσὶν χορεύει,
Πολιὰς τρίχας τινάσσων.

Ita γελοιῶς etiam de juvene & laſcivia juvenis in vino loqui debuiſſet, ſi τὸ πρέπον intellexiſſet, & Attici ſalis habuiſſet micam: Perſpicaciores vident: Alios non curo.

23 Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος Μεθύων ἄτακτα παίζει]. Illud μεθύων ingrate jungitur cum Βάκχος, & ipſi juvenes ebrii Epitheto carent: Sed an legen-

Digitized by Google

Mulier, nec audit illum.
At ubi nihil valere
Sua ſentit ille verba,
Subigit pati miſellam.
Siquidem ebrius Lyæus
Petulante cum juventa
Ita ludit inſolenter.

De roſa. H. ST.

Cum vere patre florum
Socianda laus roſarum.

Roſa,

legendum forte?

Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
Μεθύων ἄτακτα παίζει.

Sane hoc longe melius & decentius: Nihil tamen affirmo, quia hic agimus cum Poëta minus erudito & minus venuſto.

LIII. 1. *Στεφανηφόρου μετ' ἦρος Μέλπομαι ῥόδον θερεινόν*] Quid, amabo, hic *Στεφανηφόρου μετ' ἦρος*, ubi in toto Odario nihil de Vere? Id ego non video, niſi Odarium præceſſerit, in quo Ver laudaverat Auctor: Nam ſic eo abſoluto ſequens hoc ita inchoare potuit. Sed quid etiam *θερεινόν*? An id convenit poſt *στεφανηφόρου μετ' ἦρος*, & recte inquit Poëta, *ſe CUM coronigero VERE celebraturum roſam ÆSTIVAM*? Non equidem puto: Nam cum Vere jungere debuiſſet roſam vernam, non roſam æſtivam: Et hoc vitium eſt ipſius Auctoris: Nam ſcriptura ſe recte habet, & gravioris mendæ ſuſpicionem non admittit. Rectius Stephanus hic in Verſione Latina,

Cum vere patre florum
Socianda laus roſarum.

& diſertius adhuc Andreas,

Variæ ſerax coronæ
Cano ver roſamque vernam.

Non dixerunt, quod Poëta dixit, ſed quod dixiſſe debuerat. Verſiculus poſterior conſtat ex Ditrochæo & Choriambo: Barneſius *θέρειον* ſcribit pro *θερεινόν*: Quo admiſſo Ditrochæi aderunt duo, & Verſiculus erit Trochaicus purus putus.

Digitized by Google

Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν.
Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,
Τόδε ϗ βροτῶν τὸ χάρμα·
Χάρισίν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις
Πολυανθέων Ἐρώτων·
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.
Τόδε ϗ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.
Γλυκὺ καὶ ποιοῦντα πεῖραν

Εν

3. *Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν*] Neſcio, cur Stephano & Fabro Verſus hic viſus fuit adeo difficilis: Nam ſi cum aliis Viris Eruditis legas, vel

Συνέταιρ' ἄεξε μολπήν.

vel

Σὺν, ἑταῖρ', ἄεξε μολπήν.

nihil certe planius aut facilius: Visne aliud? Ipſum, *Συνεταιρεῖ* poteſt eſſe bonum, ſi ſcribas,

Συνεταίρει' αὖξε μολπήν.

Sodalitium pro ſodalibus, *συνεταίρεια* pro *συνέταιροι*: Figura eſt frequens apud Auctores Utriuſque Linguæ: Sume igitur, quod placet. Sodalem certe vel Sodales hic alloquitur Poëta, qui una cum eo canerent, & cantum ejus adjuvarent cantu ſuo: Nihil apertius. Dacierius, qui ex eo colligit, Odarium per modum Dialogi fuiſſe ſcriptum, lepide nugatur: Nam nihil in eo, quod Dialogi formam præ ſe ferat: Id vident omnes, qui oculis non ſunt capti. De ipſa Poëſi nunc loqui nolo, quæ ego ſane dubito, an in his Lyricis, quando canitur *ἀμοιβαίως*, iſtam *ἀσυστασίαν* & Periodorum inæqualitatem admittat: Ea de re opportunius ſuo loco. Noſtrum

Συνεταίρει' αὖξε μολπήν.

menſuræ eſt ancipitis propter Diphthongum ante Diphthongum, & vel pro Verſu Jambico vel pro Verſu æquali ex Jonico a minore & Ditrochæo haberi poteſt: Id verbo monendum.

4. *Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα*] Hoc ambiguum eſt & duobus modis accipi poteſt: Nam *θεῶν ἄημα* vel ſpiritus eſt, quem ipſi Dii emittunt, vel ſpi-

Digitized by Google

Roſa, flos odorque divum:
Hominum roſa eſt voluptas.
Decus illa Gratiarum
Florente Amoris hora.
Roſa ſuavium Diones,
Roſa, opus laborque vatum,
Et amica planta Muſis.
Eſt grata colligenti,
Licet ante ſpina pungat
Mordacibus rubetis.

Eſt

ſpiritus, quem Diis emittit roſa: Poſterius cum ſequentibus videtur melius convenire: Utrumque Dithyrambicum eſt.

6. *Χαρίτων τ᾽ ἄγαλμ᾽ ἐν ὥραις Πολυανθέων Ἐρώτων*] De Deabus hic & in ſequentibus minus apte loquitur Homo, ubi poſt *Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα* interpoſuerat, *Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα*: Si *πρέπον* intellexiſſet, primo de Diis immortalibus, dein de hominibus loqui debuiſſet ordine certo. Illud *ἐν ὥραις πολυανθέων Ἐρώτων* accipiendum de Vere & Æſtate, quibus & flores & amores maxime vigent: Et hoc neque cum *Στεφανηφόρου μετ᾽ ἦρος*, neque cum *ῥόδον θερινόν* convenit, ut vides: Bonus, qui hæc pepigit, non conſtitit ſibi.

9. *Τόδε καὶ μέλημα μύθοις*] Tanaquillus Faber ad hunc locum: *Neceſſario legendum eſt* Νυμφῶν: *Dixerat antehac roſam eſſe ἄγαλμα Χαρίτων, θεῶν ἄημα, Ἀφροδίτης ἄθυρμα, nunc μέλημα Νυμφῶν, & mox φυτὸν Μουσῶν.* Quæ illa neceſſitas? An ſingula ſubſtantiva ſibi requirunt nomina ſingula? Id credidit ille, ſed ego non credo: Nam primo, non Ἀφροδίτης ἄθυρμα, ut poſuit, ſed Ἀφροδίσιον ἄθυρμα præceſſit, & ſic ordinem certum interrupit ipſe Auctor: Dein, ſequitur *χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν*, quod cum hoc Verſiculo cohærens, ipſum nomen diſerte addit, & ordinem primum iterum ſervat: Quare neceſſitas eſt nulla, niſi de ſumma elegantia hic cogitandum eſſet: Quod nemo paulo perſpicacior certe dixerit.

11. *Γλυκὺ καὶ ποιοῦντα πεῖραν Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς, Γλυκὺ δ᾽ αὖ λαβόντα* &c]

Digitized by Google

Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς·
Γλυκὺ δ᾽ αὖ λαβόντα θάλπειν
Μαλακαῖσι χερσὶ κούφαις
Προσάγοντ᾽ Ἔρωτος ἄνθος.
Ὡσσοφῶ τόδ᾽ αὐτὸ τερπνὸν,

Θα-

&c] Hic iterum de hominibus incipit loqui: Minus etiam apte: Nam ad βροτῶν χάρμα hæc pertinent vere, & cum illis debuiſſent ordine necti. De ipſis verbis, quæ Alii aliter corrigunt & accipiunt, ita ſentio: Caſus quarti, ποιῦντα, λαβόντα, haud dubie peccant: Nam nihil in his, a quo pendere poſſint. Dein, προσάγοντ᾽ cum λαβόντα cohærere nequit: Nam particula non adeſt, quæ iſta liget: Jam autem participium ita relictum ſibi, ſententiam implicat & peſſumdat: Hæc vident, qui linguam callent: Alios plorare jubeo ſub ferulæ ictu. Locus ita legendus & diſtinguendus eſt,

Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτὸν τὸ Μουσῶν·
Γλυκὺ καὶ ποιοῦντα πεῖραν
Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς,
Γλυκὺ δ᾽ αὖ λαβόντα θάλπειν
Μαλακαῖσι χερσὶ κούφαις·
Προσάγοντ᾽ Ἔρωτος ἄνθος.

Sic verba ſatis perſpicua & ſatis apta ſunt: Illud ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς inter γλυκὺ καὶ ποιοῦντα πεῖραν & γλυκὺ δ᾽ αὖ λαβόντα θάλπειν ſtat medium, & ad utrumque jure communi pertinet: Dulcis eſt roſa in ſpinoſis ſemitis, ſi quis eam tentet; dulcis eſt quoque, ſi quis eam decerpat: Sunt, qui flores non decerpunt, ſed contrectant, & ubi illis admoverunt nares, abeunt ſolo odore & intuitu contenti: Hos reſpicit ποιοῦντα πεῖραν: Alii contra ſibi ſatisfacere non poſſunt, niſi flores decerpant, ut eos decerptos ſic manu digitiſque tractent: Iſtos deſignat λαβόντα θάλπειν: Utrique illud ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς ſibi requirunt æquis partibus. Poſtremum, Προσάγοντ᾽ Ἔρωτος ἄνθος, figuratius & floridius dictum eſt: Quia ſcilicet roſa viget maxime ἐν ὥραις Ἐρώτων πολυανθέων, & ἄθυρμα eſt Ἀφροδίσιον, non poteſt non Cupidines adducere, & omnes ad amorem impellere, qui eam vel vident, vel fovent: Hoc Poëticum eſt, & ex illis Poëticis, quæ præceſſerant, fluit ſponte ſua: Ubi roſa eſt, ibi ſunt Cupidines: Qui enim aliter poteſt, ubi & floret Cupidinum Horis, & Veneris eſt oblectamentum? Vides? Nihil apertius

tius

Eſt grata eam foventi
Manu ſubinde molli.
Eadem decens coronis,
Et expetita menſis,
Solennibuſque Bacchi.
Roſis quid abſque fiat?

Au-

tius aut facilius. Quare apage, apage Dacierii ineptias, qui Ἔρωτας προσάγοντα perperam legens, id de notiſſimo πηλεφίλῳ explicabat peſſime: Dicam tribus verbis: Falſum eſt primo, roſam unquam uſum præſtitiſſe τῷ πηλεφίλῳ: Nam qui de eo agunt, & quidem ex profeſſo, de roſa ne mutiunt: Lilium, papaver, & anemonen commemorant: De aliis floribus altiſſime ſilent: Dein, ipſum πηλέφιλον ab hoc loco alieniſſimum eſt: Nam eo frangebantur floſculorum folia per alliſionem: Hic autem de roſa manibus mollicullis leniter tractanda agitur diſerte: Pueri vident, & plane inficetum eſt Viri Eruditi commentum: Hoc tamen ſuperſtructum eſt alterum ejus commentum de Verſu ſequenti, ut in proxima Notula videbimus.

16. Ὡσσοφῷ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν] Locus difficilis & corruptus, de quo nunc breviter etiam agendum eſt more noſtro: Qui pro Ὡσσοφῷ legunt Τῷ σοφῷ, idque exponunt vel *ſapienti viro*, vel *Poëtæ*, miſere ineptiunt: Nam utrumque ab indole loci alieniſſimum eſt, & poſterius aperte etiam reſpuunt præcedentia illa,

Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,
Χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν·

quibus de Poëtis & re Poëtica jam actum eſt. In Libro Vaticano Ὡς σοφῷ ſcriptum erat diviſim: Quo nihil pejus: Nam quid ὡς ad σοφῷ accedens? Ineptiæ & ineptiæ meræ, quas Grammatici inficeti abſque ullo dubio excogitarunt ſibi. Dacierius Ὡσσοφῷ mutat in Τῷ ψόφῳ, & voces iſtas ad ſuum προσάγοντ' Ἔρωτας primo adſcriptas fuiſſe putat interpretationis loco: Quæ cum in Contextum poſtea admiſſæ eſſent ab imperitis Notariis, duas alias inde expulſas ſuſpicatur, quas ipſe Poëta calamo ſuo pinxerat: Eas autem fuiſſe cenſet τὸ ῥόδον, & proinde ejecto Gloſſemate ſcribit,

Τὸ ῥόδον τόδ' αὐτὸ τερπνὸν
Θαλίαις τε καὶ &c.

Quo commento nihil audacius, dicam & ineptius: Nam unde illud Gloſſema Grammatici Antiqui, ubi ut

Θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.
Τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἄν;
Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠώς,
Ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,
Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτα
Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.
Τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ,

Τόδε

ut antea vidimus, de roſa pro τηλεφίλῳ adhibita nihil occurrit in tota Antiquitate? Dein, quid τὸ ῥόδον ante τόδ' αὐτὸ? Idne placuerit Poëtæ? Idne convenit ſcribendi Methodo, quam in his tenuit? Nugæ, nugæ, quæ cum peſſima corrigendi audacia faceſſant ad ipſos Corvos. Henricus Stephanus in Prima Editione ſua Ωσοφῷ mutabat in Ὀρόφῳ: Dein Lyricos edens pro Ὀρόφῳ malebat Στεφάνῳ: Quorum neutrum etiam arridet mihi: Nam quid ὀρόφῳ, ſive pro *tecto*, ſive pro *tota domo* hoc loco? Nihil ſane, nihil: Alterum στεφάνῳ rectius, ſed a ſcriptura depravata nimis longe remotum. Aliud requiritur: Quod cum ab Aliis nondum præſtitum ſit, ego nunc tandem præſtabo, niſi fallat me augurium meum: Scribendum opinor plane, miſſis aliis ſuſpicionibus, quæ mihi hic in mentem venerunt plures,

Κοσσάβων τόδ' αὐτὸ τερπνὸν,
Θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.

Sic nihil facilius, nihil decentius: De Cottabo notiſſima res eſt ex Athenæi Libro 15. in principio: Adferam tamen locum ex Libro ejus Undecimo, ut videas, quo ſtudio agitatus ſit Luſus: Ἡγήσανδρος δ' ὁ Δελφὸς ἐν ὑπομνήμασιν, ὧν ἀρχὴ ἐν τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ, φησὶν ὁ καλούμενος κότταβος παρῆλθεν εἰς τὰ συμπόσια, τῶν περὶ Σικελίαν, ὥς φησι Δικαίαρχος, πρῶτον εἰσαγαγόντων. τοσαύτη δ' ἐγένετο σπουδὴ περὶ τὸ ἐπιτήδευμα, ὥστε εἰς τὰ συμπόσια παρεισφέρειν ἆθλα κοττάβια καλούμενα. εἶτα κύλικες, αἱ πρὸς τὸ πρᾶγμα χρήσιμαι μάλιστα εἶναι δοκοῦσαι, κατεσκευάζοντο καλούμεναι κοτταβίδες. πρὸς δὲ τούτοις οἶκοι κατεσκευάζοντο κυκλοτερεῖς, ἵνα πάντες εἰς τὸ μέσον τοῦ κοττάβου τιθέντος, ἐξ ἀποθήματος καὶ τόπου ὁμοίου ἀγωνίζοιντο περὶ τῆς νίκης. οὐ γὰρ μόνον ἐφιλοτιμοῦντο βάλλειν ἐπὶ τὸν σκοπὸν,

Digitized by Google

Aurora nonne fertur
Roſea manu decora?
Roſeiſque nonne Nymphæ
Spectabiles lacertis?
Roſicolor ipſa Cypris
Vocitata nonne doctis?
Quid plura? nonne multis
Medicina certa morbis?
Defendit hæc ſepultos,

Hæc

πῶν, ἀλλὰ καὶ καλῶς ἔχοντα αὐτῶν. ἔθει γὰρ εἰς τὸν ἀριστερὸν ἀγκῶνα ἐρείσαντας, καὶ τῇ δεξιᾷ κυκλώσαντας, ὑγρῶς ἀφεῖναι τὴν λάταγα. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὸ ὑπόλειπον ἐκ τῆς κύλικος ὑγρόν. ὥς τε ἔνιοι μεῖζον ἐφρόνουν ἐπὶ τῷ καλῶς κοτταβίζειν τῶν ἐπὶ τῷ ἀκοντίζειν μέγα φρονούντων. Egregie profecto ad hunc ipſum locum: Nam ubi tanta fuit Cottabi celebritas in conviviis & feſtis, pulcherrime ita vivam, θαλίαι τε καὶ τρυφερίζαι, Διονυσίαι δ' ἑορταὶ commemorantur una cum κοσσάβῳ. Et ſic ſimiliter Comicus in Pace Verſ. 337. & ſequentibus, ubi bonus Trygæus ait, quid facere poſſent Cives Attici liberata & ex vinculis ſoluta Dea,

Ἀλλ' ὅταν λάβωμεν αὐτὴν, τηνικαῦ-
τα χαίρετε,
Καὶ βοᾶτε, καὶ γελᾶτε·
Ἤδη δ' ἐξέσται τόθ' ὑμῖν
Πλεῖν, μένειν, κινεῖν, καθεύδειν,
Ἐς πανηγύρεις θεωρεῖν,
Ἑστιᾶσθαι, κοτταβίζειν,
Συβαρίζειν,
Ἰοὺ ἰοὺ κεκραγέναι.

Vides? ἑστιᾶσθαι, κοτταβίζειν, iiſque junctum Συβαρίζειν. Sententia igitur optima eſt: Talis autem ipſa etiam ſcribendi ratio: Scis, quid literis Verſuum primis acciderit millies: Hic κ neglecto, οσσαβῳ implicite exaratum, nullo negotio tranſiit in ωσσεφῳ, præſertim ubi κοσσάβος minus tritum erat uſu; & notiſſima vocis ſcriptura ab errore non poterat retrahi Amanuenſis imperitus: Nihil pronius aut paratius: Quare omnibus perpenſis, ego hercule non dubito, quin veriſſima ſit hæc mea ſuſpicio.

19. Τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἄν; Ῥοδοδάκτυλος &c.] In his judicium Auctoris requiro: Quid enim? An quia Aurora ῥοδοδάκτυλος, Venus ῥοδόχρους, Nymphæ ῥοδοπήχεις dicuntur a Poëtis; recte rogat, τί δ' ἄνευ

 ῥόδου

Digitized by Google

Τόδε ϗ νεκροῖς ἀμύνει,
Τόδε ϗ χρόνον βιᾶται.
Χαρίεν ῥόδων δὲ γῆρας
Νεότητος ἔσχεν ὀδμήν.
Φέρε δὴ φυὴν λέγωμεν.
Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάττης
Δεδροσωμένην Κυθήρην
Ελόχευε πόντος ἀφρῷ,
Πολεμοκλόνον τ' Αθήνην
Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεὺς,
Τότε ϗ ῥόδων ἀγητῶν
Νέον ἔρνος ἤνθισε χθὼν,
Πολυδαίδαλον λόχευμα.

Ma-

ῥόδε χρήσιτ' ἂν, & poſt interrogationem adeo generalem ſufficit enumeratio adeo puſilla & levis? Haud puto equidem: Aliter & parcius rogare debuiſſet bonus. In libro Vaticano perperam & frigide ſcriptum erat,

Τί ϗ δίχα τῶ χρήσιτ' ἂν;

28. Νεότητος ἔσχεν] ὀδμήν] Illud ἔσχεν durum & ingratum eſt poſt ἀμύνει & βιᾶται.

29. Φέρε δὴ φυὴν λέγωμεν] Verbum λέγωμεν reſpicit ſodalem vel ſodales, & non obſcure probat, hæc non diviſim, ſed conjunctim fuiſſe cantata: Id tamen perſpicaciſſimus Dacierius non vidit, qui formam Dialogi in his deprehendere poterat.

33. Πολεμόκλονον τ' Ἀθήνην] Quid Minervæ πολεμοκλόνου nativitas ad roſæ nativitatem? Nihil certe, nihil: Nativitas Veneris commemoratur Poëtice & opportune: Id certum: Huic nativitatem Bacchi ex Jovis femore apponere debuiſſet Auctor, ſi mentem habuiſſet lepidulam: Nam

Digitized by Google

Hæc tempori reſiſtit:
Hujus ſenecta ſuavem
Servat juventæ odorem.
Sed quæ roſis origo?
Quum cærulis ab undis
Sale roſidam Cytheren
Spuma edidit profundi,
Joviſque quum Minerva
E vertice exilivit
Armata ſcuto & haſta:
Tunc nobilis roſarum
Stirps edita eſt beato
Terræ ſinu, venuſtus
Miræque fœtus artis.

Nam ille non minus delectatur roſa, quam ipſa Venus: Sic etiam ſignatius fuiſſet illud poſtremum, Φυτὸν ἄμβροτον Λυαίῳ. Argumentum exornare voluit bonus, ſed digne exornare non potuit ingenii melioris inopia: Perſpicaciores vident.

34. Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεὺς] Liber Vaticanus,

Κορυφῆς ἔδειξεν ὁ Ζεὺς

Quod in ſuis etiam invenit Stephanus: Vulgatum non muto. In eodem Libro Vaticano poſt hunc Verſum ſcriptus erat Verſus alius;

Φοβερὴν θέαν Ὀλύμπῳ.

Quem ego non repudio, ſed an ab ipſo Auctore profectus ſit, neſcio.

36. Νέον ἔρνος ἤνθισε χθὼν] Id eſt, eo uſque produxit roſarum germen novellum, ut calyculi primi & prima floſculorum apparerent initia; Hoc vides, & ἤνθισε aperte requirit. Sed an eo poſito, recte ſequitur de Deorum Senatu, ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης? Haud puto: Nam ſic ἐκ κάλυκος ibi ſcribere debuiſſet Homo, quia

Digitized by Google

Μακάρων θεῶν δ᾽ ὅμιλος,
Ρόδον ὡς γένοιτο, νέκταρ
Επιτέγξας, ἀνέτειλεν
Αγέρωχον ἐξ ἀκάνθης
Φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

LIV. Εἰς ἑαυτόν.

Οτ᾽ ἐγὼ νέοις ὁμίλουν
Εσορῶν, πάρεστιν ἧκα,
Τότε δὴ, τότ᾽ ἐς χορείην
Ο γέρων ἐγὼ πτεροῦμαι.
Περίμεινόν με, Κυβήβα.

Πα-

non ex ſpina, ſed ex calyce exurgit flos: Et hæc etiam eſt ἀκυρολογία ejus.

LIV. 1. Οτ᾽ ἐγὼ νέοις ὁμίλουν Εσορῶν &c] Hæc mendum ingenue profitentur: Scribendum eſt cum Henrico Stephano,

Οτ᾽ ἐγὼ νέων ὅμιλον
Εσορῶ, πάρειμι ἥβᾳ.

Nihil certius aut perſpicuum magis.

5. Περίμεινόν με, Κυβήβα] *Expecta me, Cybele, ad choreas tecum properare volo.* Cybele hic puella ingenua eſt Poëtæ non ignota, quæ ad choreas juveniles ferebatur alato pede, & cum qua ibi ludere volebat ſenex repubeſcens: Qui de ancilla Poëtæ cogitant, ineptiunt: Nam ea non vocata fuiſſet ad ingenuorum choreas, multo minus eo accedere auſa fuiſſet ultro: Hi tamen minus peccant, quam qui ipſam Deorum Matrem intelligunt: Illa enim inſaniebat vere, non ficte, & longe exulare debebat ab eorum thiaſo, qui ridentes & ludentes volebant χορεύοντας μανῆναι: Pueri vident & nihil ineptius. Henricus Stephanus in Prima Editione ſua hic ne literam mutavit: Dein Lyricos junctim

Digitized by Google

Superumque turba divum,
Roſa ut eſſet, irrigantes
Nectar ſuum, e rubeto
Inſigne procrearunt
Germen patris Lyæi.

De ſeipſo. H. ST.

Juvenum frequens ut agmen
Tueor, repuberaſco.
Ego tum, licet ſenex ſim,
Alacer volo ad choreas.
Juveneſce quæſo mecum,

Fer

junctim in publicum edens, ſibi legendum videri ſcripſit,

Περί μοι νέῳ συνήβα.

idque in Verſione ſua, ut vides, ita Latine reddidit,

Juvenesce quæſo mecum:

Unde iſta corrigendi audacia? An a Cybele Dea, quam hic etiam adeſſe ſibi perſuaſerat? An vero a Metri Enallage? Neſcio. Illud ſcio, ineptiſſimam eſſe lectionem, & Stephano plane indignam: Nam quid μοι νέῳ? Quid συνήβα hic? Nugæ, & nugæ meræ. Ab eo autem decepta ſine dubio Mulier Erudita: Quæ hic miſere etiam cæcutivit, & ea ſcripſit, quæ fuſum potius redolent, quam doctas Librorum chartas: Apage illud, Περίμενον, καὶ συνήβα: Apage alterum, Περίμενόν με, κυβήβα, a κυβηβᾶν modo imperandi: Apage, apage etiam tertium, Περίμενον, καὶ συνήβα: Nihil horum vel caſſa nuce dignum eſt: Unum in vulgus vulgatum, ſi recte intelligatur, ut facile a quovis intelligi poteſt, ſtat talo ſuo & ſynceriſſimum eſt. Cæterum illud Κυβήβα oſtendit, præcedens νέων & ſequens νέοις de pueris & puellis accipienda eſſe:

Παρᾶδος, θέλω σέφεσθαι.
Πολιὸν δὲ γῆρας ἑκὰς.
Νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δέ μοι τὶς
Φερέτω ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης,

Ιυ'

γυναικῶν ſcilicet loquitur Poëta, & mares, ut ſolet, hic comprehendunt fœmellas: Id certum & perſpicuum: Verbo tamen moneo, quia Interpretes ad genus maſculum tam ſtricte adhærent.

6. Παρᾶδος, θέλω σέφεσθαι] Vitium hic ſine dubio deliteſcit: Eleganter Henricus Stephanus,

Ῥόδα δὸς, θέλω σέφεσθαι.

Et viſne tamen aliud, quod nunc opportune mihi in mentem venit? Legendum forte,

Περιμενόν με, Κυβήβα·
Παρ' ὁδὸν θέλω σέφεσθαι.

Ad choreas currebat Cybele: Hanc ſequitur Lyricus, ſed tardius, quia inter currendum corollas adaptabat capiti: Quare exclamat hic, ne ſociam amitteret, Περιμενόν με, Κυβήβα, *in ipſa via me coronare volo, ut vides:* παρὰ δεῖπνον, παρ' ὁδοιπορίαν, in ipſa cæna, in ipſo itinere: Similiter παρ' ὁδὸν in ipſa via, dum curro: Nihil notius Græce doctis: Quid cenſes? Nonne ſententia appoſitiſſima eſt, & ſic minimum quoque a lectione tralatitia recedimus? In Stephani conjectura ῥόδα δὸς ſtatim poſt περίμενον paulo coactius eſt uno ſpiritu: Nihil autem tale in conjectura noſtra: Quæ ſicuti περιμενόν με, Κυβήβα, puellam currentem, ita Poëtam corollas nectentem commode etiam habet in receſſu ſuo, & eo intuitu plane adaptata eſt ad hujus Odarii indolem, quo plura oſtenduntur, quam dicuntur: Attende, attende, quæſo, & judica: Ego rem omnem hic arbitrio tuo relinquo.

7. Πολιὸν δὲ γῆρας ἑκάς] Pæon tertius cum Choriambo: *Cana vero ſenectus ſit longe:* ἑκάς pro ἑκάς ἔσω: Nihil ſyncerius aut accommodatius: Baxterus ſuo more perperam & inepte,

Πολιὸν δὲ γῆρας ἥκας,
Νέος ἐν νέοις χορεύσω.

Ubi participium illud ἥκας extat? Quis eo utitur?

9. Διονυσίης δέ μοι τὶς Φερέτω ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης] Hoc de malo Punico non accipiendum eſt cum Tanaquillo Fabro, ſed de Bacchi liquore cum Henrico Stephano: Nam

id

Fer & huc roſas: corollis
Caput implicem libenter.
Procul at procul ſenectus.
Juvenes apud, jocoſis
Juvenabor in choreis.
Propere mihi Lyæi

Ades

id requirit primo ὀπώρη Διονύσου, quod procul dubio ipſas uvas denotat, & de fructuum omnigenorum faſciculo, quem Baccho olim conſecraverint, intelligi non poteſt, niſi perquam improprie, & perquam etiam inepte, ubi de publica Bacchi feſtivitate hic non agitur, ſed de choreis privatis & puerorum puellarumque ludentium thiaſo: Dein, eo perſpicue pertinent ſequentia,

ΙΝ' ΙΔΗΙ γέροντος ἀλκὴν,
Δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
Δεδαηκότος δὲ πίνειν,
Χαριέντως δὲ μανῆναι.

Vinum ſcilicet oſtenderet, quæ vires eſſent ſenecionis in potando & ludendo, non malum Punicum: Nihil apertius. Intelligitur ergo Bacchi liquor, & quidem largiori copia, ut largius bibere poſſet aridior Senex: Quo ſpectat ipſum ῥοὰν: Non vinum, ſed vini flumen: Emphaticum hoc, & Metaphora non ignota. ῥοιὰ utrumque denotat, & malum Punicum & flumen: Nam pro ῥοὰ uſurpatum etiam ῥοιὰ, ut ex compoſitis notiſſimum eſt: Vulgatius tamen ῥοὰ, quam ῥοιὰ, & in voce ſimplici litera vix interjecta, niſi ob Verſum: Qui cum hic ῥοὰν æque amat, ac ῥοιὰν, non improbem, ſi pro ῥοιὰν legas ῥοὰν, ut ſic ambiguum vitetur, & ſignificatio vocis apertior ſit. Sed de Verſu tamen diſtinctius: Poteſt Anacreonticus ex Anapæſto, Jambo, Anapæſto & ſyllaba conſtrui: Hoc certum: Et tamen, non diffitebor, hic ipſe Verſus durius ſonat: An vitium igitur hæret, & cum Baxtero ſcribendum

Φερέτω ῥοὰν ὀπώρης?

Sic Verſus certe eſt mollior, nec a ſcriptura vulgata propter literarum affinitatem nimis longe receditur, ſed elegantia iſta perit, quæ eſt in ipſo ῥοὰν ἀπ' ὀπώρης Διονύσου: Hic enim habemus venuſtum illud ſchema Theocriticum, quod adeo concinnum & naturale, ut locus abſque eo vix ac ne vix eſſe poſſit: Quare mens eſt in bivio: An Verſiculi nitor cedet ſententiæ nitori, vel potius ſententiæ nitor nitori Verſiculi? Vix ſcio, quid eligam:

Et

Digitized by Google

Ιν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν,
Δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,
Δεδαηκότος δὲ πίνειν,
Χαριέντως δὲ μανῆναι.

LV. Εἰς τοὺς ἐρῶντας.

Εν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι.
Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
Εγνώρισεν τιάραις.
5 Εγὼ δὲ τοὺς ἐρῶντας
Ιδὼν ἐπίσαμ' εὐθύς.

Εχουσι

Et tamen dicenda eſt ſententia, & aliquid affirmandum. Sed bene, bene eſt, quod tertium mihi in mentem veniat, quo ex duobus neutrum eligens, memet, niſi fallor, ſatis gnaviter expediam: Aliter ſcilicet Verſui peropportune ſuccurri poteſt, & verborum venuſtas nihilominus integra ſervari: Legendum, vel

Φερέτω ῥεῦμ' ἀπ' ὀπώρης

vel

Φερέτω ῥοῦν ἀπ' ὀπώρης

